



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres



LUG DUNI BATAVORUM, Apud THEODORUM HAAK .

*J. v. Bleydyk grav. & fecit*



ΜΟΥΣΑΙΟΥ

τῷ

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

τῶ

ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.

M U S A E I

GRAMMATICI

de

HERONE ET LEANDRO

CARMEN.

CUM SCHOLIIS GRAECIS NUNC  
PRIMUM E CODICE MS. BIBLIOTHECAE  
BODLEJANAE EDITIS.

EX RECENSIONE


MATTHIAE RÖVER

QUI VARIANTES LECTIONES ET NOTAS

ADJECIT.




ALEXANDRI SEVERI  
EX SPECIM.  
MORELLII.



ANTONINI CARACALLAE  
EX MUSAO  
SIG. HAVERCAMPL.

LUGDUNI BATAVORUM,  
Apud THEODORUM HAAK, 1737.



**PERILLUSTRIBUS ET  
SPLENDIDISSIMIS**

**ACADEMIAE**

**LUGDUNO-BATAVAE**

**CURATORIBUS,**

**JOANNI HENRICO,**

COMITI ET DOMINO WASSENARIAE,  
OPDAMI, HENS BROEKAE, SPIERDYKI,  
ZUIDWYKI, KERHEMII, LAGAE &c. &c.  
&c. EQUITIBUS HIEROSOLYMITANIS  
SANCTI JOANNIS ADSCRIPTO: ORDINIS  
EQUESTRIS NOBILITUM HOLLANDIAE  
ADSESSORI PRINCIPIS, EJUSDEMQUE  
CIVITATIS NOMINE D. D. DELEGATORUM  
PRAEPOTENTIUM ORDINIS PRAESIDI, &c. &c. &c.

**ARENTIO BRUNONIS  
VANDER DUSSEN, J. C.**

CIVITATIS DELPHENSIS SENATORI;  
CONSULARI, SOCIETATIS INDIARUM  
ORIENTALIUM MODERATORI, AVUNCULO  
MEO COLENDO, VENERANDO.

**CORNELIO SYLVIO, J. C.**

CIVITATIS HARLEMENSIS SENATORI,  
CONSULARI, PRAEFECTURAE RHENOLANDICAE  
ADSESSORI, TERRITORII BREDERODII  
PRAETORI, EJUSDEMQUE AERARII, UT ET  
SYLVARUM ET REI VENATICAE PRAEFECTO,  
&c. &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS;  
*AMPLISSIMIS GRAVISSIMISQUE*  
REIPUBLICAE

LUGDUNO-BATAVAE

CONSULIBUS,

JOANNI VANDEN BERGH, J. C.

RHENOLANDIAE PRAETORI SUMMO,  
EJUSQUE AGGERUM, VIARUM, ET A-  
QUARUM PRAEFECTO.

ABRAHAMO HOOGEN-  
HOUK, J. C.

AGRI RHENOLANDIAE CURATORI-  
BUS ADLECTO, ACADEMIAE QUAE-  
STORI.

JOANNI VAN LAN-  
SCHOT, J. C.

NICOLAO VAN TOL, J. C.

UT ET

*VIRO SPECTATISSIMO,*

DAVIDI VAN ROYEN, J. C.

REIPUBLICAE LUGDUNO-BATAVAE A  
SECRETIS, ET ILLUSTRIS CURATO-  
RUM ET CONSULUM COLLEGIO AB  
ACTIS.

S. P. D.

MATTHIAS RÖVER,

# DEDICATIO.

**C**UM e litterarum studiis & veterum monumentis a prima fere aetate maximam perceperim voluptatem, humanioribus literis operam haud exiguam dedi. Quenam enim Scientia? Ars quanam inveniri potest, quae continuo praesidio ab hoc eruditionis genere non egeat? Hinc Poësin Latinam Graecamque intactam relinquere nolui: nam ea est Poëseos praestantia, ut cum optimis artibus de dignitate certet, reliquas vero longe post se relinquat. Haec mecum reputans, & cum laeta Veterum Poëtarum viridaria colerem mira eorum dulcedine captus, in tantis suavissimarum rerum illece-



## D E D I C A T I O.

bris praecipue alleclus fui suavissimo Musaei horto, cultissimo, dico, illius Vatis carmine, quo infelices Heronis & Leandri Amores, miserrima illorum fata immortalitati consecravit: nam quoties hoc opusculum relegerem, undique Poëtarum flosculos delibare, undique Artis Poëticae elegantiam percipere mihi videbar. Carmen certe, quod ab omni aevo omnium mentes in admirationem rapuit, ac quotidie superando gloriam acquirit. Jure igitur merito de Poëta Nostro dicitur

*Αἰνείδῳ δὲ μικρῇσιν ἐπισίξας σελίδεσσιν,*

*Ὅσσ' ὀλίγαις παίζων χερσὶν ἔοργεν Ἐξῶς.*

*Lau-*

# DEDICATIO

*Laudetur parva, quod pinxerit  
Ille tabella,*

*Quae manibus parvis facta  
pereggit Amor.*

Hunc libellum mea cura novoque cultu adornatum Vobis, PERILLUSTRES CURATORES, atque AMPLISSIMI CONSULES, oblatum venio, ut leve specimen adolescentiae non inertia transactae exhiberem. Sinite igitur, ILLUSTRISSIMI PROCERES, ut cultissimus Vates a Vestris Nominibus Splendidisque Titulis novum foeneretur honorem, Sinite, ut a tam Illustrum Siderum fulgore meae quoque Studiorum primitiae scintillam lucis accipiant. Id omne consecutus ero, si serena hilari-  
que

## D E D I C A T I O.

que fronte hoc quaecumque donum suscipiatis. Procedente tempore majora & graviori studio elaborata in lucem me proditurum spero, quibus meae in Vos observantiae documenta exhibere nitar. Nunc enim ante aliquot tempus ad Jurisprudentiae studia animum adpuli, quae ab hac aetate me totum sibi vindicant, operam iis omnem daturum, utpote quae in Amplissimo dignitatis gradu jure merito mihi habeantur. Favete igitur meis studiis, PERILLUSTRES CURATORES, atque AMPLISSIMI CONSULES, & Valet, ut omnes Vestri valeant. Dabam Lugd. Bat. vi. Id. Nov. A. clb Id CCXXXVII.

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

MATTHIAS RÖVER.

**D**E ipso Auctore agendi necessitatem praeripuerunt Viri Docti, & quae ab illis diligenter pertractata sunt, hic iterum repetere quid attinet? nam nihil certi nec de Patria, nec de Genere Musaei statuere licet, quod Poëtae Nostro commune est cum omnium Poëtarum Principe Homero. Certissimum Ejus aetatis indicium praebet nomen τῷ Γεωργατικῷ,<sup>a</sup> & de hac re etiam ex toto Carmine, immo ex unoquoque fere versu judicare licet; esse nimirum recentioris aevi Scriptorem, quare tertia Poëtarum Classis<sup>b</sup> merito Eum sibi vindicat, Imperio nempe Romano jam

<sup>a</sup> Vid. *Leon.* Allatium de patria Homeri Cap. 4. pag. 76.

<sup>b</sup> Vid. *L. Rhodomanni* Dissert. de Quinto Calabro.

## P R A E F A T I O

jam ad occasum vergente, quod praecipue palam fit, si Coluthi, Thryphiodori, Quinti Calabri, & Nonni Panopolitani scripta conferantur; Musaeum tamen aetate Nonno posteriorem, (quippe qui haud multo post Theodosii tempora floruit) recte ponunt Viri Docti, & hoc certissimis argumentis probari potest, cum Auctor Noster integros fere versiculos sibi admodum familiares ex Dionysiacis transcripsit: nam sicut ex Antiquis, sic etiam ex recentioris aevi Auctoribus flosculos delibavit & sibi decerpfit; per florida Latinorum pascua quoque vagatus est: nam Ovidii epistolas Heronis & Leandri mutuas plurimis in locis expressisse, quis ignorat? contrariam tamen sententiam foverunt Viri etiam Doctissimi, qui Nostrum scribendi materiem Ovidio dedisse censebant. Quos inter magnus ille

## A D L E C T O R E M.

ille Aldus Manutius<sup>a</sup>, ubi ait,  
 καὶ μάλιστα ὡς ἂν εἰδῆτε τὰ ὡς τὴν τῶ Οὐιδίῳ  
 δανείοντα δαιμονίως τῶ ὄντι καὶ εὐφυῶς, καὶ ὅπως αὐ-  
 τὸν ἐμιμήσατο ἐν ταῖς Ηῤῥῶς καὶ Λεάνδρου πρὸς ἀλ-  
 λήλους ἐπιστολαῖς. Quam sibi placet Gu-  
 lielmus de Mara<sup>b</sup>! postquam Hero-  
 nis & Leandri fata narrasset, *Horum*,  
 inquit, *amores Antiquissimus Heros atque*  
*Poëta Musaeus Orphei Theologi Contem-*  
*poraneus, & ejusdem inter Argonautas So-*  
*cius, eleganti carmine Graece conscrip-*  
*sit.* Huic paria facit Joannes Vatel-  
 lus<sup>c</sup>, cum exclamat, *Hic igitur est Ve-*  
*tus ille Auctor, atque inclytus Heros.*  
 Sed plura ejusdem erroris speci-  
 mina exhibere non lubet; Magni  
 quoque Julii Caesaris Scaligeri nimis  
 nota

<sup>a</sup> Vide ejus Epistolam, quae in Musaei editione habetur.

<sup>b</sup> In Epistola ejus Paraphrasi praefixa in editione Wecheli.

<sup>c</sup> Vid. ejus Epistolam Commentario in paraphrasin Guilielmi de Mara praefixam.

## P R A E F A T I O

nota sententia est, quam ut eam hic reponerem. Verum superiorum Seculorum eruditis communis hic fuit error, qui status controversiam Auctori Nostro injustissimam moverent, nam a Veterum Poëtarum Choro revera nimis longe remotus est.

Quis tamen ex Poëta tam facundo tamque Castigato judicaret, omnis Eloquii & Elegantiae Theatrum suo aevo jam fere occlusum fuisse? Nisi quod Poëtica Majestas, aurea & amabilis illa Simplicitas, quam in Antiquis deprehendimus, in ipso hoc Auctore aliquando recessisse posset videri, omnes tamen sui temporis aequales facile superavit, & Victor existens palmam iis longe praeripuit. Nam tanta suavitate infelicioris aevi vitia temperavit, ut hoc Carmen ab omni parte Atticam

## AD LECTOREM.

cam venustatem & ingenuum cultum  
ferat. Ipsum certe Amoris opus! ubi  
cum Gratiis Venus certare videtur.  
Utinam Musaei plura vel ipsius tincta  
lepore Nobis superessent poëmata!  
Dignus igitur est, si quis alius ejus  
seculi, cujus scripta quam emendatissi-  
ma in lucem prodeant; id quidem,  
quantum aetas mea permiserit, egi  
praecipue.

Scholia, quae in hac editione pri-  
mam nunc lucem adspiciunt, e Co-  
dice manu exarato Celeberrimae Bi-  
bliothecae Bodlejanae olim descripse-  
rat Vir Doctissimus JACOBUS GRO-  
NOVIUS, eademque mihi lubens con-  
cessit Tanto Patre dignissimus Filius  
ABRAHAMUS GRONOVIVS, qui illa quo-  
que restituit & emendavit, Huic etiam  
variantes lectiones trium Codicum  
manu exaratorum ejusdem Bibliothecae  
me debere agnosco, qui, licet



## P R A E F A T I O

non antiquae, tamen optimae notae erant.

Hic quoque praedicanda est Viri Celeberrimi nec non Eruditissimi JACOBI PHILIPPI DORVILLII, Professoris Amstelaedamensis humanitas, qua mecum communicavit binas Conlationes, alteram Codicis seculi undecimi Bibliothecae Vaticanae, alteram Codicis Veneti, qui scriptus erat jussu CARDINALIS BESSARIONIS, (literaturae Graecae per Italiam instauratoris<sup>a</sup>) & cum aliis Auctoribus Graecis uno volumine Venetiis in Bibliotheca S. MARCI servatur. Usus etiam praebuit editionis quadratis litteris impressae, quam dudum alibi frustra quaesieram, nec non Juntinae Anni MDCXXX. & Barthianae. Hoc quoque ingentis beneficii vice duco, quod elegantissimas suas observationes hic quoque adjici voluerit.

Con-

<sup>a</sup> Vide L. Rhodomanni Dissertat. de Quinto Calabro.

## AD LECTOREM.

Conlationem Codicis Regii, quae etiam in hac editione habetur, excerpti ex notis Jacobi Rondelli. Adjeci quoque variantes lectiones, quas è membranis Palatinis exhibuit Casparus Barthius<sup>a</sup>, qui ad versum sextum & septuagesimum tantum progressus est; nam quia Codex vitiosissimus erat, *reliquarum*, ait, *ineptiarum taedet*, & paulo ante, *librarium omnium suae aetatis facile rudissimum* jure merito pronuntiat. Saepe autem ex optimis Codicibus vitiosissima exemplaria ab indoctis hominibus descripta sunt; hinc in squalidis istis paginis aurum aliquando elucet, & vestigia genuinae lectionis hoc modo deprehendere possumus.

Multa quoque glossemata a librariis literarum plerumque inperitis in contextum (ut vocant) recepta erant,

<sup>a</sup> Lib. 7. Adversar. c. 21.

## P R A E F A T I O

rant, praesertim in Codicibus Vaticano & Veneto, sic versu 103. pro ξυνέηκε Venetus legit ἐνόησε, & vs. 131. pro ἀπειλείωσι Regius exhibet ἀπεχθαίγασιν, Venetus & Vaticanus ἐχθαίγασιν. sic pluribus in locis; & quamvis haec glossata saepe cum ruina carminis essent recepta, omnia tamen adnotavi: de hac re, Amice Lector, Te monendum duxi, ne talia pro variantibus lectionibus a me exhiberi crederes.

Saepe etiam primos librorum Editores ex glossis jam in contextum receptis novas finxisse lectiones, omnino suspicor; uno defungar exemplo in Auctore nostro, quamvis plura in aliis reperiri facillime possent; Versu 129. recte legitur ἐπεὶ κλύειν, verum placuit Librariis Codicum Vaticani & Bodlejani, qui littera B notatur, scribere ὥς ἔκλυιν. Veneti vero ὥς κλύνειν: illud ὥς, facile omnes vident, nihil

## A D L E C T O R E M.

nihil aliud esse, quam glossema antea in margine positum, vel genuinae lectioni superscriptum, procul dubio hoc quoque in suo Codice reperit Editor editionis quadratis literis, & pro ὡς ἐκλυεν scripsit ὅτ' ἐκλυεν: nova hic nascitur lectio, quam tamen secutus nemo est.

Dixi de Codicibus manu exaratis, qui hanc editionem adornanti ad manum fuerunt: de Editis nunc quaedam differenda veniunt. Primam editionem Clarissimus Fabricius<sup>a</sup> prodiisse scribit Anno MCCCCLXXXVI. verum forte typothetarum vitio, vel memoriae lapsu sic expressum est: in Catalogo quidem Bibliothecae Petri Francii memoratur hic titulus. *Homeri Batrachomyomachia Graece Venet. MCCCCLXXXVI. item variorum excerptae sententiae & Musaei Poë-mation Graece litteris quadratis. Ve-*  
rum

<sup>a</sup> Biblioth. Gr. lib. 1. C. 16.

## P R A E F A T I O

rum annus, qui ibi adjicitur, est prioris Opusculi, & illa Musaei editio, quae quadratis seu majusculis, ut vocant, litteris excusa est, annum aut locum, ubi prodierit, non indicat: de hac nunc agendum.

Duae quidem prodierunt editiones, quae ambae annorum numerum non gerunt, ideoque, quaenam prima habenda sit, difficile est probatu. Altera edita est ab Aldo Manutio Gr. & Lat. Venetiis in forma, quam vocant, quarti ordinis; ex hac editione Variantes Lectiones sua manu descriptas ad me transmisit Eruditissimus Vir MICHAEL MAITTAIRIUS, pro qua humanitate gratias publice hic ago: Altera in eadem forma excusa est, cum GNOMIS Monostichis ex diversis Poëtis, quae Auctori nostro praemittuntur, annus huic nec locus nec Typographi nomen adjicitur,   
verum

## A D L E C T O R E M.

verum una est ex illis quinque, quae quadratis literis excusae sunt, uti exstant ANTHOLOGIA GRAECA, Florentiae, *per* Laurentium Francisci de ALOPA Venetum MCCCXCIV. APOLLONIUS RHODIUS, cum Scholiis Graecis, Florentiae MCCCXCVI. EURIPIDIS TRAGOEDIAE quatuor, Medea, Hippolytus, Alceſtis, Andromacha. & CALLIMACHI Hymni, cum Scholiis Graecis: duobus his ultimis nec loci aut Typographi nomen, nec annorum numerus indicatur.

ANTHOLOGIA prodiit cura Joannis Lafcaris, in caeteris Editoris nomen non conspicitur, nisi quod Hic quoque epigramma Graecum CALLIMACHO subjunxit; quare dubitandi ratio non est; quin omnes ipsius cura prodierint, quod omnino cum Cl. MAITTAIRIO, censerem, qui  
\* \* \* 2 etiam

## P R A E F A T I O

etiam ab eadem officina omnes exiisse, nec longi temporis spatio inter se distare vere conjicit.

Forſan quoque aliquid certi, de binis iſtis Auctoris noſtri editionibus ſtatuerere poſſumus; de Aldina ſic ait laudatus MAITTAIRIUS<sup>b</sup>. *Quod ALDUS primum emiſit ſuorum in Typographia laborum ſpecimen, fuit Poëmation MUſAEI de HERONE & LEANDRO Graece & Latine in 4<sup>to</sup>. Huic quidem annus non adjicitur; ſed dubitare, quin ARISTOTELI (cujus volumen primum anno 1495<sup>c</sup>. excuſum eſt) praeiverit, non patitur ALDI Epistoſta. Haec autem Epistoſta repetita eſt in Editione Anni MDCXVII. & hujus partem, quatenus ad noſtrum propoſitum facit, hic adſcribere, non erit inutile.*

ΑΛΔΟΣ

<sup>b</sup> Ibid. pag. 70.

<sup>c</sup> Calendis Novembris.

# AD LECTOREM.

ΛΑΔΟΣ Ο ΡΩΜΑΙΟΣ ΤΟΙΣ ΣΠΟΥ-  
ΔΑΙΟΙΣ ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Μεσαῖον τὸν παλαιότατον ποιητὴν ἠθέλησα προοι-  
μιάζειν τῷτε Ἀριστοτέλει, καὶ τῶν σοφῶν τοῖς ἐτέ-  
ροις αὐτίκα δι' ἐμῶ ἐντυπησομένοις, τῷτε εἶναι αὐτὸν  
ἡδίστον ἅμα καὶ λογιώτατον. κ. τ. λ. De aetate  
quoque editionis quadratis litteris  
quicquam conjicere licet : nam Erudi-  
tiss. ΜΑΙΤΤΑΙΡΙUS recte observat <sup>a</sup> ex  
Joannis Lascaris Epistola, quae Antho-  
logiae praemittitur, hanc reliquis qua-  
tuor praeivisse : prodiit autem 111.  
Id. August. Anni supra indicati.

Verosimile, dico, ex illis est, nihil  
tamen adfirmo, Aldinam recte pri-  
mam editionem, illam vero quadra-  
tis litteris, secundam haberi ; sic quo-  
que, ut distinguerem, hanc nomina-  
vi ; quae licet forte secundo ordi-  
nis loco recte ponatur, tamen ex op-  
timo Codice expressa est, & Aldinae.  
edi-

<sup>a</sup> Posterior. part. tomi primi. pag. 105.



## P R A E F A T I O

editioni pluribus in locis præcellit, & omnibus aliis, nisi quæ optimas lectiones ex ea transtulerint. Hanc editionem non indicavit Henricus Stephanus, attamen primus est, qui plurimas lectiones ex ea recepit & expressit. sed Vir doctus diligentiam non ubique satis adcuratam adhibuisse videtur, cum quibusdam in locis meliora, quæ Aldinae & Juntinae exhibuerant, in marginem rejecerit, deteriora vero secundæ editionis in contextum receperit. sed hoc in collectione sua Poëtarum Heroïci Carminis Principum aliquando accidisse ipse fateri non erubescit<sup>a</sup>. an autem ab eo tempore ullus hujus Opusculi editor secundam editionem oculis lustraverit, vehementer dubito, a nemine saltem memoratur. Veteres tamen editiones, & manu exaratos consulere

<sup>a</sup> In Collect. Poët. Heroïc. pag. 488.

## AD LECTOREM.

salere Codices, sola medicina est, ut nobiles utriusque linguae Scriptores suae dignitati reddantur, sic ingenuam faciem ab inepta librariorum manu vindicati nanciscuntur, & jure quasi postliminii gaudent.

Memoranda nunc est Aldina secunda, quae a prima raro discessit, prodiit Gr. & Lat. una cum Orpheo, Venetiis in Aedibus Aldi & Andreae Soteri Anno MDXVII. Hanc secuta est Juntina prima, excusa per Heredes Philippi Juntae, Florentiae MDXIX. Gr. & Lat. Cum Orpheo, Sententiis Monostichis, & Homeri Batrachomyomachia. Haec editio quoque ad exemplar Aldinum excusa est, & altera saepe, ita fieri solet, ex altera derivata est.

Adcuratius hoc Opusculum dedit Joannes Soter. Coloniae MDXXVI. in forma, quam vocant, minori. Hic in  
non-

## P R A E F A T I O

nonnullis ab Aldinis & Junta discessit, & secundam editionem consuluisse paucis tamen in locis videtur; e regione contextus Graeci posuit Paraphrasin Gulielmi de Mara, quae elegans certe non est, ita ut encomium Joannis Vatelli non mereri videatur: ita enim Ille. *Hic igitur est, Vetus ille Auctor atque inclytus Heros, qui graeco Pallio circumamictus, in hanc diem, his nostris Cisalpinis partibus fuerat incognitus. Nunc autem Latiali toga, Romanoque plectro insignitus, bylaris insilit, ac laetabundus prodit in medium. Haec Paraphrasis ignota fuisse videtur Casparo Barthio<sup>a</sup>, quamvis tamen de veteri quadum versione quicquam suspicatus sit, ubi dicit. Puto exstitisse veterem quamdam Musaei illius nostri traductionem, cujus etiam rei aliae apud nos conjecturae sunt. Ravisus sane Textor, quod puerum legere me meministi,*

<sup>a</sup> Lib. 52. Adversar. c. 7.

## AD LECTOREM.

*mini, citat in Epithetorum farragine interpretem, ut dignum auctoritate; quamlibet merito ipsius nulla fere sit inter nostri aevi homines eruditos. Ravisius scilicet Textor ex hac paraphrasi loca quaedam produxit, ut in vocibus Abydos, & Sestus; sed cum in voce Hero ipsum Gulielmum de Mara indicat, hunc Paraphrasten Viro doctissimo latuisse miror.*

Anno MDXXXVIII. Parisiis recusus est Auctor Noster satis adcurate a Christiano Wechelo, cum sententiis monostichis Graece; interpretatio Latina ad verbum separatim adjicitur, sicut etiam paraphrasis Gulielmi de Mara, in quam commentarium conscripsit Joannes Vatellus, sed qui nihil bonae frugis revera continet.

Hanc editionem excepit Junta secunda, quae etiam nihil novi exhibuit; edita est cum Hesiodo, Theo-

\*\*\*\*

gni-

## P R A E F A T I O

gnide, Sibyllae Carminibus, Orpheo,  
& Phocylidis Paraenese, Florentiae  
per Benedictum Juntam An. MDXXX.

Non adspernanda quoque est editio  
Hervagiana, quae Basileae MDXXXIV.  
prodiit inter Aesopi fabulas & alio-  
rum opuscula; quae collectio saepius  
repetita, & satis nota est. Anno  
MDLXVI. lucem quoque adspexit Mu-  
saeus in celebri illa Poëtarum Heroïci  
Carminis principum collectione cura  
Henrici Stephani, qui, ut dixi, pri-  
mus ad secundam editionem Auctorem  
Nostrum castigavit; nam omnes edi-  
tiones, quae Stephanianam praecesser-  
unt, easdem lectiones, quas in Aldina  
prima jam deprehendimus, exhibent.  
Stephanum *καὶ πῶδα* secutus fuit Jaco-  
bus Lectius, qui duobus Voluminibus  
in folio (ut vocant), altero Poëtas  
Heroïci Carminis omnes, An. MDCVI.  
altero Tragicos & Comicos, quotquot  
ex-

## A D L E C T O R E M.

exstant, edidit Gr. & Lat. Aureliae Allobrogum MDCXIV. Ille ne latum quidem unguem ab Henr. Stephano abiit, ita ut operae, si quid id est, quam in conferenda ejus editione inpendi, facile parcere potuissem; conlationem tamen adjeci.

A Stephaniana haud longum distat editio Andreae Papii Gandensis, quae cum ejus notis publici juris facta est Antverpiae MDLXXV. una cum Dionysio Alexandrino, Hic aliquando ab omnibus, quas ego quidem vidi, abiit: sed plerumque in deteriora, nisi quod versu 27. pro Εἰσέτι πγ, quod omnes exhibent, non male quidem edidit Εἰσέτι ςν, versu etiam 194. scripsit κλέπτε παρειήν, cum alii omnes habeant κρύπτει παρειήν; Papii lectio antea displicuit; nunc vero, an non potius retinenda sit, dubito; infra etiam versu 161. & 182. hanc

## P R A E F A T I O

vocem habuimus, quae loca in notula mea laudavi : praeterea etiam vs. 85. Ε'λαχ<sup>ς</sup> ὑποκλέπων. & 289. ὑποκλέποντες ἀνάγκη. Caetera, in quibus ab aliis discessit, minime amplectenda videntur ; versu 235. pro ἀνέμιμνε, contra Auctoris sensum scripsit ἐφύλαξε, quod ex versu sequenti luce meridiana clarius patet. (*Sermo est de Leandro.*)

Α'γγελίην ἀνέμιμνε Φαινομένων ὑμεναίων,  
Μαρτυρίην λύχνοιο πολυκλαύστοιο δοκεύων.

Papius tamen in sua versione novam hanc lectionem non expressit, verum receptam prudenter secutus est. Omnes has lectiones quoque exhibuit Paulus Voëtius, qui hunc Auctorem edidit cum notis, Ultrajeſti Anno MDCXLV. Gr. & Lat. Ego quidem has mutationes non ex conjectura And. Papii, verum e Codice MS. promanasse, ut credam, inducor. Quia  
exem-

## AD LECTOREM.

exemplar , *quod Gulielmus Canterus<sup>a</sup> cum suo contulerat* , habuisse videtur , ex quo. etiam hunc versiculum Τόια δ' ἐγώ μανέεσι κ. τ. λ. qui in fine istius Codicis exstabat , exhibuit.

Anno MDCV I I I. prodiit hoc opusculum cum notis Casp. Barthii , qui denuo Musaeum edere statuerat , & novam quoque confecerat interpretationem , ut adparet ex ejusdem Viri summi Adversariis <sup>b</sup>.

An. MDCXXVII. iterum lucem aspexit Auctor noster Francofurti , cum Commentario Danielis Parei satis prolixo. Postea Londini quoque An. MDCLIX. egregiam editionem emisit David Whitfordus una cum Moscho , Bione , & selectis Theocriti Epylliis Gr, quos omnes versibus elegantissimis Latine reddidit.

De-

<sup>a</sup> Vide Papii notas in fine.

<sup>b</sup> Lib. 52. Cap. 7.



## P R A E F A T I O

Deinde Parisiis An. MDCLXXVIII. prodiit Musaeus, cum notis Jacobi Rondelli, in quibus multa exstant a C. Barthio & Pareo praeoccupata; hos tamen eum legisse non credo; cum editionum copia, si unam & alteram, quas memorat, ex vitiosissimis excipias, omnino destitutus fuisse videatur; secutus saltem fuit exemplar minus adcuratum: sed tamen conlationem Codicis Regii ei debemus.

Ab eo tempore memorabilis editio nulla prodiit usque ad Annum MDCCXXI. quo Cl. Joan. Henr. Kromajerus hoc opusculum cum Viro-  
rum Doctorum notis emisit, Halae Magdeburgicae. Egregie quoque de hoc Auctore meruit Editor Poëtarum Graecorum minorum, qui excusi sunt Londini MDCCXXVIII. haec editio mihi vocatur *Londinensis*.

Harum omnium, quas memoravi,  
edi-

## AD LECTOREM.

editionum variantes lectiones accurate in hac editione exhibui.

Restat Parisiensis, Anni MDXLIX. quam indicat Cl. Fabricius. Musaeum quoque edidit Radulphus Winton, Cantabrigiae MDCLXI. inter Poëtas Graecos minores: sed harum editionum copia mihi nondum facta est.

Dudum etiam quaesivi M. Jo. Weitzii notas in hunc Auctorem, editas Ambergae MDCXIII. quae a Cl. Kromaijero<sup>a</sup> memorantur, verum eas oculis lustrare non contigit. Avidissime quoque & magni redimere voluissem Marci Musuri Scholia in Musaeum MSS<sup>b</sup>, quae in Bibliotheca Regis Galliae servantur, sed apographi istius libri potiendi fortuna defuit.

Saepe etiam alibi prodiit hoc Poë-  
mation, editum quoque fuit a Crispino  
Gr.

<sup>a</sup> Dissert. de Musaeo pag. 13.

<sup>b</sup> Vide Fabricii Biblioth. Gr. lib. 1. Cap. 16.

## P R A E F A T I O

Gr. & lat. cum Hesiodo, Theognide, & aliis in forma minori; sic etiam Basileae, cum Aesopi fabulis; deinde Parisiis MDCXXVIII. Gr. & Lat. cum Hesiodo, Theocrito & aliis Poëtis in Octavo, (uti loquuntur) verum omnes hae editiones mire depravatae sunt, ideoque eas consulere supervacuum duxi.

Non ingratum fecisse videor, quod tres Doctorum Virorum versiones hic recudendas curaverim, quarum prima est Andreae Papii Gandensis, quam admodum juvenis jam confecit; aetatem ipse indicat his versibus<sup>a</sup>.

----- *Sed nil decedere nostris*

*Lusibus inde velim, tenero quos nuper  
in aevo*

*Protulimus, venia dignos si laude carebunt.*

*Quippe hunc, expleta vix pubertate,  
canebam*

*Ver-*

<sup>a</sup> Vide ejus carmen nuncupativum pag. 4. & seqq.

A D L E C T O R E M.

*Versibus indoctis, Libra cum instante  
recedens*

*Octavum decimumque aestas mihi clau-  
deret annum.*

*Illum, qui exstinctos deflet miseratus  
amanteis,*

*Ter sexto desueta novans post octia mense,  
Induerent cum vere novo se floribus ar-  
va.*

Eum luculenter laudat C. Bar-  
thius<sup>a</sup>; Andreas Papius, inquit, *Juve-  
nis insigni ingenio, cujus praemature obitu  
spes multorum egregiorum Operum incisa est.*

Secundum locum obtinet Q. Septi-  
mius Florens Christianus, cujus meri-  
ta summo opere extollit Josephus Sca-  
liger<sup>b</sup>, & quidem hisce verbis, *Christi-  
anus Nostras excellentissimus Poëta Grae-  
cus, Latinus, Gallicus, neque quemquam  
ha-*

<sup>a</sup> Lib. 52. Advers. C. 7.

<sup>b</sup> In primis Scaliger. pag. 31.  
\*\*\*\*\*

## P R A E F A T I O

*baetenus in nostra Gallia nosse contigit ,  
qui illum in triplici hac Poësi superet.* Pro-  
diit haec versio una cum epigrammati-  
bus ex libris Anthologiae ab eo sele-  
ctis & Latine versis , Lutetiae ex Ty-  
pographia Roberti Stephani MDCIIX.

Ultimus est David Whitfordus ,  
sed qui priores carminis elegantia &  
facilitate longe superat.

Auctor Noster Latino carmine  
quoque redditus est a Fabio Paulino  
Utinensi , quem laudat C. Barthius<sup>a</sup> :  
etiam a Jo. Frid. Stapelio , qui a  
Cl. Kromaijero<sup>b</sup> memoratur ; sed ho-  
rum versiones oculis usurpare mihi  
non contigit.

Praemissi duo Epigrammata ex li-  
bris Anthologiae , in quibus de Hero-  
ne & Leandro mentio fit. Addidi quo-  
que bina illa Marci Musuri Cretensis ,  
quae

<sup>a</sup> Lib. 52. Advers. C. 7.

<sup>b</sup> Dissertat. pag. 14.

## P R A E F A T I O

quae etiam exstabant in Codice Bibliothecae Bodlejanae, qui litera C notatur, sed diversa aliquando a vulgatis editionibus. in eodem Codice erat Epigramma cujusdam Demetrii Ducati Cretensis, non magni quidem momenti, sed quia ineditum est, hic quoque exhibui.

Indicem denique omnium verborum (si quid id est) confeci.

Narravi, Amice Lector, quid in hac editione praestiterim. Hoc igitur meo qualicumque labore frui. Si autem aliquando lapsus videri potero, juvenilibus annis, rogo, ut adscribas,

*Saepe etenim teneris, quae carmina  
lusimus annis*

*Improbat, & tandem spernit pro-  
vectior aetas.*

Annos tantum decem & octo natus sum, & jam ante annum, & quod excurrit, opusculum hoc paratum habui,

## A D L E C T O R E M.

& edidissem, si editionum primae & secundae copia mihi fuisset, quarum praesidio destitutus, pergere nolui. de hac re, Amice Lector, Te monitum volui, ne Censorem nimis ubique ageres. Amor tantum elegantissimum Vatis Opus expoliendi me, ut hoc periculum subirem, impulit; si vero quicquam bonae frugis praestiterim, & propterea adolescentiae primitias grato animo acceperis, Studium meum ad majora & utiliora excitabis. Et hoc pacto omnes laboris mei fructus abunde tulisse videbor. Vale, & ad Vatem facundissimum accede.

## F I N I S.


# SYLLABUS

Codicum manu exaratorum, & editorum, quorum Variantes Lectiones in hac Editione habentur.

V. Vatic.  
Ven. Venet.  
Reg.  
Cod. Barth.  
Cod. Angl.

S.  
Ald. 1 & 2.  
Junt. 1 & 2.  
So.  
W.  
H.  
St.  
P.  
L.  
Barth.  
Vo.  
Whit.  
Rondell.  
Kromaj.  
Lond.

Vaticanus.  
Venetus.  
Regius.  
Codex Barthianus.  
Codices Anglicani Bibliothecae Bodlejanae; literae vero A. B. & C. notant codicem primum, secundum, & tertium.  
Secunda editio.  
Aldina prima & secunda.  
Juntina prima & secunda.  
Soteriana.  
Wecheliana.  
Hervagiana.  
Stephani.  
Papii.  
Lectii.  
Barthii.  
Voetii.  
Whitfordi.  
Rondelli.  
Kromaijeri.  
Londinensis.





# ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ QUÆDAM

I N

## HERONEM ET LEANDRUM,

Vel in quibus eorum mentio fit.

### ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ Μακεδόνου.

LIB. I. Anthol. CAP. 55.

Αἰεὶ θηλυτέησιν ὕδωρ κακὸν Ἑλλήσποντος,  
Ζεῖνε, Κλεωνίκης πύθιο δὺρραχίδι.  
Πλῶε γὰρ εἰς Σητὸν μὲν νυμφίον· ἐν δὲ μελαίνῃ  
φορτίδι τὴν Ἑλλης μοῖραν ἀπεπλάσατο.  
Ἡρὼ δαυλαίη, σὺ μὲν ἀνέρα, Δῆμαχον δὲ  
Νύμφην, ἐν παύροις ὠλέσατε σταδίοις.

### ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

LIB. III. CAP. 7.

Οὗτος ὁ Λεάνδρουο ἀπλοῦς, εἶτα ὁ πόντις  
Πορθμὸς, ὃ μὴ μὲν τῷ φιλέοντι βαρὺς.  
Ταῦθ' Ἡρῶς τὰ πάροιθεν ἐπαύλια, τῷτο τὸ πύργῳ  
λείψανον· ὃ προδότης ὧδ' ἐπέκειτο λύχνῳ.  
Κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδ' ἔχει τάφῳ, εἰσέτι καὶ νῦν  
Κεῖνῳ τῷ φθορῶ μεμφομένης ἀνέμῳ.

EPI.

Ἰ Α' απλάσκειτο. in quodam  
Codice legitur ἀπισπλάσκειτο,  
sed frustra; sic lib. vii. p.  
587. Epigr. 3. v. 4.

Αὐτῆς Μελπομένης βόμβου ἀ-

αππλάσκειτο.

Εἶτα pag. 619. Epigr. 5. v. 4.

Ὅμματι καὶ δακρῆς φέγγει ἀ-  
ππλάσκειται;

Hæc loca mihi indicavit  
Cl.

# EPIGRAMMATA

## ANTIPATRI Macedonis.

*Interprete Eilbardo Lubino.*

**S**emper mulieribus aqua malum Hellespontus,  
Hospes: Cleonicam interroga Dyrrachidem.  
Navigabat enim Sestum ad sponsum. In nigra  
vero

Oneraria navi Helles fatum effinxit.  
Hero infelix, tu quidem virum, Deimachus  
vero

Sponsam, in paucis perdidistis stadiis.

## ANTIPATRI.

*Eodem Interprete.*

Hic Leandri tranatus, hic ponti  
Transitus, qui non soli huic amatori gravis.  
Haec Herus prius habitatio. Hae turris  
Reliquiae, proditor hinc jacet Lychnus.  
Communis utrumque hic habet tumulus, nunc  
etiam adhuc  
Illum invidum accusantes ventum.

EPI.

CI. DORVILLIUS.

2. Η'εσ'. lege Η'εσ', ex optimo Codice Vaticano; ut apud Theocritum Eydyl. 15. γλ. 1. Γεγρῖ in optimis. hoc

quoque me docuit Vir Laudatus.

3. Ω'λιπαι σαδίας. Quidam vitiose ω'λιπαι' cō σαδίας.

# ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

## ΜΑΡΚΟΥ ΜΟΥΣΟΥΡΟΥ

τῷ Κρητός.

**Ν**ΗΟΣ ἔΗΝ ἀνὰ Σητὸν, ἀγίνεον ἦχι θυηλὰς  
 Κυπρογενεῖ σπεύδοντες ἐτήσιον. αὐτὰρ ὃ τόξον  
 Οὐλῶ Εἶρος βάσταζε, διοιτεύσας ἢ μεμηνώς,  
 Οἷα δένδριλλεσκε, πικρὸν δ' ἴθυνεν οἶτον  
 Μητρὸς ἐπ' ἀρήτειραν, ἐπισπείρων δ' ἐπιλάδῃ  
 Ἡΰπατι Λειάνδροιο, κόρης Φρένας αἶψα περῆσας.  
 Ἀμφότεροι δὲ πόθου αὐτῷ πεφορημένοι οἶστρο,  
 Ἀλλήλων ἀπόναντο, γάμων ἢ συνίτορα λύχρον  
 Λαθειδίῳ θήκαντο, σιδήρειον ἢ λελογχῶς  
 Αἶμα, ἢ πολυπλάγκτης πρῶτακε ποθεῦντας ἀέλλαις,  
 Καί σφε Φάους μὲν ἄμερσεν, ἄμερσε ἢ καὶ Φι-  
 λοτήτων.

## Τῷ αὐτῷ, Εἰς ΜΟΥΣΑΙΟΝ.

Καὶ Φρένας ἀδρήτεια θεῶν ἔλε, δὴ γ' αἰδαῖς  
 Στεῦτο λαχεῖν Ἀῖης μῆν' ἀποινα πόνων.  
 Τοῦτα κλύων νεμέσῃς, ὅτ' εἰς ἐπενήνοθεν ἔργοις  
 Ἀχλὺς

1 Πολυπλάγκτης. πολυπλάγ-  
 αλας. MS.

2 Φιλοτήτων. φιλόπηρ, MS.

3 ὅτ' εἰς. Eruditiss. Mait-  
 tairius legendum conjiciebat

ἢ εἰς, vel ὅτ' εἰς, vel ἢ εἰς.

EPIGRAMMATA  
MARCI MUSURI  
Cretensis.

**T**emplum erat in Sesto, porriciebant ubi libamenta

Veneri festinantes quotannis: at arcum  
Vafer Amor gestabat, jacularique gestiens  
Acute circumspectabat, amaramque contorsit  
sagittam

Matris in Sacerdotem, properansque inhaesit  
Hepati Leandri, quum puellae praecordia statim  
transfodisset.

Utrique autem Cupidinis eodem perculsi furore  
Sui potiti sunt, nuptiarumque consciam lucernam  
Clandestinarum posuere, ferreum autem illa fortita

Sanguinem, multivagis prodidit amantes procellis,

Et eos luce privavit, privavit etiam lusibus Venercis.

Ejusdem in MUSA EUM.

Etiam praecordia invidia Deorum tetigit: nam  
carminibus

Jaetavit se consecutum Mars praemia laborum.

Id audiens indignatus est, quod sua obumbraverunt opera

\*\*\*\*\*

Tene

# ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

Ἀχλὺς ἄδην, Ἀρεὺς τ' ἔχ' ἀδεν ὕδριν Ἐρως,  
 Μουσαῖω δ' ἐπέτελλεν. ὃ δ' ἐκλήϊζε ποθεύντων  
 Οἷτρον ἀποδρέψαι παρθενίης κάλυκας.  
 Αἰνεῖδω δὲ ἰ μικρῇσιν ἐπιστίζας σελίδεσσιν,  
 Οὔσ' ὀλίγαις παίζων χερσὶν ἔοργεν Ἐρως.

## ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΔΟΥΚΑΤΟΥ Κρητός.

Καὶ μέγα μικρὸν, καὶ σμικρὸν μέγα, καὶ τόδε,  
 ὥς δαῖ  
 Πράττει, ὕμνοπόλοις Φοῖβος ἔδωκε μόνοις.  
 Παρθένος Ἡρώ Λείανδρός τε βροτοὶ περ ἔόντες.  
 Εἰσὶ δὲ ἀθάνατοι τερψινόοις ἔπεσιν.  
 Εἰ δὴ Μουσαῖός τις ἔμ' ὑμνήσαιτο θανόντα,  
 Αὐτίκα τεθναίην, ὅφρα βίοιο τυχῶ.

1 Μικρῇσιν. μικραῖσιν. MS. θένος. MS.

2 Παρθένος Ἡρώ. Ἡρώ παρ-

## EPIGRAMMATA

Tenebrae fatis, Martisque non tulit injuriam  
Amor,  
Musaeoque mandavit; Ille vero canebat aman-  
tium

Furorem decerpendi virginitatis florem,  
Laudetur ergo, parvis panxisse paginis,  
Quae parvis ludens manibus patravit Cupido,

DEMETRII DUCATI  
Cretensis.

**E**t magnum *aliquid, quod tamen parvum est*,  
& parvum,  
*Quod tamen* magnum, non ita, ut decet  
Facere, Poëtis Phoebus dedit solis.  
Virgo Hero & Leander mortales ambo existen-  
tes,  
Sunt immortales animum oblectantibus ver-  
sibus  
Si vero Musaeus aliquis me caneret morientem  
Statim morerer, ut vitam fortirer.

## EPIGRAMMATUM

## FINIS.

Πρὸς  
Τὸν Εὐγενέστατον καὶ Εἰδοξότατον Νεανίσκον Ματθίαν  
τὸν Ρέβηρον, τὸν Μυσαῖον ἐκδίδοντα.

Μυσαῖον γήθησι κλυτὸν θεράποντα ὀρεῶσαι  
Μῦσαι, ἀγασσάμεναι κλείεσθαι ἀνδρα νέον.  
Τόσσον Ρέβηρος καὶ ἤρμωσε κύδ' αἰοιδῶ,  
Ρέβηρος Μύσης Πάλλαδ' εὐσέφανος.  
Τῶνεκα θεσπεσίῳ νοὸς ἐρηϊλέα δῶρε  
Ἐς φάσθαι ἡλὶς καρτέρει φήμη ἄγει·  
Καὶ τὰδε εὐφημῶν μεγάλη τις ἐπὶ ἀπέφηνε·  
Δεῦπερ' ἐν Δελφοῖς ἄρετο Γρωπάδης·  
Γρωπάδης, ὃ Ματθίαν ἀντάξιον ὄζον,  
Οὐρανίης σοφίης πῖσιν ἔθηκε θέμις.

---

IDEM LATINE

---

AD  
NOBILISSIMUM SPLENDIDISSIMUMQUE  
JUVENEM

MATTHIAM RÖVERUM, cum MUSÆUM ederet.

Musæum cernens gaudet pia turba Ministrum  
Musarum, et cultus haeret honore novi.  
Tantum illi vati decus addidit incluta cura  
Röveri, arcanae Palladis arte, boni.  
Ergo divinae mentis fert mûstea dona  
Fama, ardens claram solis adire domum.  
Mox aliquis fausto sequitur sic omine fatus:  
Altera Grotiades stirps tibi, Delphis, adest:  
Grotiades, cui Matthiam par pignus habendum  
Doctrinae, sancit culta Minerva fidem.

JOANNES CASPARUS SCHRÖDERUS.

Gymnasii Delphensis Rector, et Collegii  
Literarii ibidem Moderator.

ΜΟΥΣΑΙΟΥ

τῷ

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

τὰ

ΚΑΘ' ΗΡΩ

καὶ

ΛΕΑΝΔΡΟΝ.



MUSAEI

GRAMMATICI

de

HERONE

&

LEANDRO

CARMEN.



## ΜΟΥΣΑΙΟΥ

τῷ

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

τὰ

## ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.

Εἰπὲ, θεᾶ, κρυφίαν ἐπιμάρτυρα λύχιον ἐρώτων,  
 Καὶ νύχιον πλωτῆρα θαλασοπόρων ὑμεναίων,  
 Καὶ γάμον ἀχλύεντα, τ' ἐκ ἴδεν ἄφθιτ' Ἡώς.  
 Καὶ Σητόν κ' Ἀΐον, ὅπη γάμ' ἐννυχ' Ἡρῆς.  
 5 Νηχόμενόν τε Λεάνδρον ὁμῶ κ' λύχιον ἀκέω,

Λύχ-

## ΣΧΟΛΙΑ.

Νύχιον.] Σκοτεινόν, νυκτερινόν. Θαλασοπόρων Ὑμεναίων.] Ἐπιθαλασίων ὠδῶν.

Μεταίς τῷ γραμμα-  
 τικῷ τὰ καθ' Ἡρῶ κ' Λεάν-  
 δρον. In Cod. Ven. & A. le-  
 gitur *Μουσαίῳ γραμματικῷ τὰ*  
*καθ' Ἡρῶ κ' Λεάνδρον.* Artic-  
 ulus ῥ non adjicitur, quem  
 cum Kromajero recepi. sic  
 enim hanc inscriptionem in  
 pluribus manuscriptis Codi-  
 cibus se vidisse testatur Leo  
 Allatius de patria Homeri  
 Cap. 4. Tamen dubito an hic  
 articulus quidem in illis ha-  
 beretur, quia etiam non ad-  
 jicitur in veteri Michaëlis So-

phiani libro, quem laudat  
 Henr. Stephanus, & hunc  
 locum male quoque produ-  
 xit Allatius, cum illud τῷ ibi  
 adjecerit. Quicquid sit, si Co-  
 dicis manuscripti auctoritate  
 non confirmatur, nec ego re-  
 ciperem, tamen τὸ γραμματικῷ  
 omnino retinendum. καθ'  
 Ἡρῶ. A. & H. habent κατ'  
 Ἡρῶ sine adspiratione sicut  
 etiam Cod. Barth.

4. Harum urbium passim  
 apud Poëtas Graecos fit men-  
 tio. Homer. Iliad. β. v. 836.  
 ubi vid. Eustath. qui de his  
 quoque

# MUSAEI GRAMMATICI

## de

# HERONE ET LEANDRO

### CARMEN.

**D**ic, Dea, occultorum testem lychnum amo-  
rum,  
Et nocturnum natatorem, nuptiarum causa per  
mare vectum,  
Et coitum tenebrosum, quem non vidit immor-  
talis Aurora;  
Et Sestum & Abydum, ubi nuptiae nocturnae  
Herus (*erant.*)  
Natantemque Leandrum simul & lychnum audio, 5  
Lych-

quoque egit ad Dionys. Pe-  
rieg. vs. 516. Praeterea me-  
morantur Iliad. Δ. vs. 500.  
P. 584. & apud Orpheum  
Argonaut. vs. 483. Nonnum  
Dionys. L. 13. p. 378. linea  
2. Ed. Lubini. *ibid.* Ο'πη.  
8πυ. V. Ven. & Reg.

5. Νυχόμυρον τι κ. τ. λ. Ad  
crepitantis facis sonitum &  
natantis strepitum haec refe-  
renda puto. facies enim, dum  
cremantur, crepant. Quod ob-  
vium apud Auctores. Si  
vero secus cuiquam videat-  
ur, non est cur timeat, ne  
male τὸ ἀκύν referatur ad id  
quod proprie videtur. Nihil

enim magis obvium, quam  
sensus denotantium vocabu-  
lorum permutatio. Aeschyl.  
vii contra Thebas vs. 104.  
κλύπον δέδοχα. Nicand. Ther.  
164. Α'λλ' ὅπως ἡ δῦπον νύκτι ἔα-  
σιν, ἢ πρὸς ἀνδρῶν Α'θροῦν. Ovid.  
111. Trist. viii. 37. *Cum-  
que locum moresque homi-  
num, cultusque sonumque  
Cernimus.* DORVILLIUS. Ad-  
de Statium lib. 3. Thebaid.  
vs. 176.

— qui conscius actis  
Noctis, & inspexit gemitus.

Vide ibi plura apud Barthium,  
qui hunc quoque Musaei lo-

Λύχρον ἀπαγγέλλοντα Διὰ κλειῖν Ἀφροδίτης,  
 Ἡρῆς νυκτιγάμοιο γαμοστόλον ἀγγελιώτην.  
 Λύχρον, ἔρωτ' ἄγαλμα· τὸν ὤφελεν αἰθέρι· Ζεὺς  
 Ἐνύχιον μετ' ἄεθλον ἄγειν ἐς ὀμήγυριν ἄστρον,  
 10 Καί μιν ἐπικλῆσαι νυμφοστόλον ἄστρον ἐρώτων,  
 Ὅττι πέλεν συνέριθ' ἔρωμανέων ὀδυνάων.  
 Ἀγγελίην τ' ἐφύλαξεν ἀκοιμήτων ὕμεναίων,  
 Πρὶν χαλεπὸν πνοῖῃσιν ἀήμενα ἐχθρὸν αἴτην.  
 Ἀλλ' ἄγε, μοι μέλποντι μίαν ξυνάειδε τελευτὴν  
 15 Λύχρον σθεννυμένοιο, καὶ ὀλλυμένοιο Λεάνδρῳ.  
 Σησὺς ἔην καὶ Ἀΐδ' ἐναντίον· ἐγγύθι πόντε  
 Γείτονές εἰσι πόλῃς· Ἔρως δ', ἀνὰ τόξα τιταίνων,  
 Ἀμφοτέρης πολίεσιν ἕνα ξυτέηκεν οἷτον,  
 Ἡΐθεον Φλέξας καὶ παρθένον· ὕνομα δ' αὐτῶν

Ἰμ-

## Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Διακτερίν.] Διαταγήν. Ἀγγελιώτῃ.] Ἀγγελον, μην-  
 νυτῷ. Τὸν ὤφελεν. κ. τ. λ.] Ὅν ὁ τῷ ἐθέει (leg. Ὅν  
 ἐν τῷ αἰθέρι) συμπαρομαρτῶν καὶ Διὰ πρέπων ὤφειλε  
 Ζεὺς συναγελάσαι τοῖς λοιποῖς ἄστροις. Συνέριθ'.] Συνε-  
 γός. Πρὶν χαλεπὸν κ. τ. λ.] Πρὶν ἢ χαλεπὸν, καὶ ἐχθρὸν  
 ταῖς πνοαῖς πνέουσαι ἄνεμον. Τιταίνων.] Σείων, ἐξοργνάζων,  
 (leg. ἐξοργγῶν) τείνων, πέμπων. Ἡΐθεον.] Ἀγαμον, νέον.

cum producit. adde eumd.  
 ad Thebaid. 2. vs. 101. Pro  
 ἰμῷ Barthius citat ἰμῶς in Ad-  
 versar. lib. 20. C. 21. idem  
 indicat Codicem Palatinum  
 pro ἀκύνῃ habere ἀκύνῃ ad Sta-  
 tii 4. Thebaid, vs. 101. quod

ad hunc locum notarunt vi-  
 ri docti Scoettgenius & Kro-  
 majerus.

9 εἰς. ἰφ'. Sic Ven. Ald. 1.  
 & 2. J. 1. & 2. So. W. H. P.  
 Vo. St. & L. in marg. utra-  
 que lectio potest admitti.

Lychnum adnuntiantem nuntium Veneris,  
Herus nocte nubentis nuptias ornantem nun-  
tium;

Lychnum, laetabile amoris signum: quem de-  
buit aetherius Jupiter

Nocturnum post officium addere astrorum con-  
sortio,

Ac ipsum adpellare pronubam stellam amoris, 10

Quoniam erat administer amatoriarum sollicitu-  
dinum:

Nuntiumque fervavit infomnium nuptiarum,  
Antequam molestum flatibus flaret inimicus  
ventus.

Sed eia, mihi canenti unum concine finem

Lychni extincti, & pereuntis Leandri! 15

Sestus erat & Abydus e regione; prope mare  
Vicinae sunt urbes: Cupido autem, arcum ten-  
dens,

Ambabus urbibus unam inmisit sagittam,  
Juvenem urens & virginem: nomen vero eorum  
Sua-

11. Πάλιν συνίειθ. sic in  
omnibus. Mss. & Edit. prae-  
ter S. St. L. Whit. & Kro-  
maj. in quibus πάλιν συνίειθ  
habetur.

12. τ'. δ'. V. Ald. 1. & 2.  
J. 1. & 2. So. W. H. Barth.  
& Par. cum aliis melius re-  
tinui τ'. B. autem hanc vo-  
culam omittit.

14. συνίειθ. Sic V. Cod.

Anglic. Al. 1. & 2. J. 1. & 2.  
So. W. H. P. Barth. Par.  
Vo. & Rondell. alii habent  
συνίειθ.

16. Πόντος, πόντος. H.

18. Α'μφοτέρης πολίεσσιν. ita  
scripsi cum S. St. L. & Lond.  
In V. Ven. & Cod. Bart. le-  
gitur Α'μφοτέρης πολίεσσιν.  
Omnes alii habent Α'μφοτέ-  
ρης πολίεσσιν.

- 20 Ἰμερόεις τε Λεάνδρῳ ἦν, καὶ παρθένῳ Ἡρώ.  
 Ἡ μὲν Σητὸν ἔβαιεν, ὃ ἢ πολίεθρον Ἀΐδου,  
 Ἀμφοτέρων πολίων ὤραια καλλέες ἀστέρες ἄμφω.  
 Ἴκελοι ἀλλήλοισι. Σὺ δ', εἴποτε κείθι περήσεις,  
 Δίξέ μοι τινὰ πύργον, ὅπῃ ποτὲ Σητιάς Ἡρῶ  
 25 ἴστατο λύχνον ἔχουσα, καὶ ἡγεμόνθι Λεάνδρῳ.  
 Δίξέ μοι δ' ἀρχαίης ἀλινχέα πορθμὸν Ἀΐδου,  
 Εἴσετι πῦρ κλαίοντα μόνον καὶ ἔρωτα Λεάνδρου.  
 Ἀλλὰ πόθεν Λεάνδρῳ, Ἀΐδου δώματα ναίων,  
 Ἡρῆς ἐς πόθον ἦλθε, πόθῳ δ' ἐνέδησε καὶ αὐτήν;  
 30 Ἡρῶ μὲν χαρίεσσα, διοτρεφὲς αἷμα λαχῆσα,  
 Κύπριδ' ἦν ἱέρεια, γάμων δ' ἀδίδακτ' εἶσα,  
 Πύργον ἄπο προγόνων ὧδε γείτονι ναίει θαλάσῃ,  
 Ἀλλή

Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Ἰμερόεις.] Ἐπέρχεται, καλὸς, Ἰππύμηνος. Ἐβαιεν.]  
 Ὡκει. Ἀμφω.] Δύο. Εἴκελοι.] Ὅμοιοι. Δίξέ μοι.] Ἐρω-  
 τα, ζήτησι. Ἡγεμόνθι.] Ἡγεῖτο, ἔφαινε. Ἀλινχέα.]  
 Τὸν ἐν τῇ θαλάσῃ ἡχῶντα. Χαρίεσσα.] Εὐειδής.

22. Πολίων. retinui cum V.  
 A. & C. S. St. L. Whit. Lond.  
 & K. reliqui scribunt πολίων.

23. Ἴκελοι. εἴκελοι. Whit. &  
 Lond. cum quibus potius fa-  
 cerem, nam prima syllaba in  
 τῷ ἴκελοι melius corripitur.

24. Σητιάς. Σητιάς. Barth.  
 Par. & Rondell.

27. Εἰσὶν πε. Εἰσὶν νῦν. P. &  
 Vo. quae lectio non male  
 forte posset admitti, sic enim

etiam in Epigrammate An-  
 tipatri, quod legitur in An-  
 thologia lib. 3. c. 7.

Κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὃδ' ἔχει  
 τῷ φθόνῳ, εἰσὶν καὶ νῦν  
 Κεῖται τῷ φθόνῳ μὲν μὴ  
 μὲν ἀνέμῳ.

29. Ἐς πόθον. ἐς πόθον. V.  
 & sic quoque hunc locum in  
 Comment. citat J. Vatellus.  
 ibid. ἐνέδησι. ἐνέδησι. V. Ve-  
 net. & Cod. Bart.

Suavisque Leander erat, & virgo Hero. 20  
Haec quidem Sestum habitabat, ille vero op-  
pidum Abydi,

Ambarum urbium perpulcræ stellæ ambo.  
Similes inter se. Tu vero, si quando illac trans-  
ieris,

Quaere mihi quamdam turrin, ubi quondam  
Sestias Hero

Stabat lychnum tenens, & dux erat Leandro: 25

Quaere & antiquæ marisonum fretum Abydi,  
Adhuc flens mortem & amorem Leandri.

Verum unde Leander, Abydi domos habitans,  
Herus in amorem venit, amore vero devinxit  
& ipsam?

HERO gratiosa, generosum sanguinem sortita, 30  
Veneris erat sacerdos: nuptiarum vero expers  
existens,

Turrin a parentibus (*semota*) ad vicinum ha-  
bitabat mare,

Alte-

30. Ἡ ἐν μὲν χερσίᾳ. re-  
cte hoc verbum per τὸ ὑπὸ  
δὲ explicant Scholia, sic  
Theoc. Idyll. 4. vs. 38.

Ἡ χερσίᾳ Ἀμαρυγί, μέγας  
σιθὴν ὑπὲρ θανάτου

Λαοδύμειον.

alio sensu habes apud Home-  
rum αἰοιδίᾳ χερσίᾳ Odyss. Ω.  
vs. 197. *ibid.* Διοτρεφὶς αἶμα λα-  
χῆσαι. Sanguis enim pro Gene-  
re sumitur, de qua re vide Ti-  
tium & Barthium ad Gratii  
Cyneg. vs. 166. hoc autem

apud utriusque linguae scri-  
ptores obvium est. Mosc.  
in Europ. vs. 41. Callimach.  
H. in Del. vs. 282. Nonn.  
Dionys. L. 1. p. 32. l. 6.  
& L. 47. p. 1242. l. 22.  
apud Virgil. quoque lib. 1.  
Aeneid. vs. 239. & plurimis  
in locis. Cod. Ven. habet  
διοτρεφὶς.

31. Γάμον. γάμον. H.

32. Παρ. αἶ. V. Ven. Reg.  
& Cod. Bart. Retinendum  
αἶ, sic quoque occurrit in-  
fra,

Ἀλλῃ Κύπρις ἄνασσα· σαοφροσύνη ᾗ καὶ αἰδοῖ  
 Οὐδέποτε' ἀγρομένησι μεθωμίλησε γυναῖξιν,  
 35 Οὐδὲ χορὸν χαρίεντα μετήλυθεν ἥλικ' ἤβης,  
 Μῶμον ἀλευομένη ζηλήμονα θηλυτεράων·  
 Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονές εἰσι γυναῖκες·  
 Ἀλλ' αἰεὶ Κυθήρειαν ἱλασκομένη Ἀφροδίτην  
 Πολλάκι καὶ τὸν Ἔρωτα παρηγορέεσκε θυη-  
 λαΐς,

40 Μητεὶ σὺν ἑρανίῃ Φλογερὴν τρομέουσα Φαρέτρην.  
 Ἀλλ' εἰδ' ὥς ἀλέεινε πυριπνεύοντας οἰστές.

Δὴ γὰρ Κυπριδίῃ πανδήμι' ἦλθεν ἑορτὴ,  
 Τὴν ἀνὰ Σησὸν ἀγούσιν Ἀδώνιδι καὶ Κυθερείῃ,

Παν·

## Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Κύπρις. ] Ἡ Ἀφροδίτη. Αἰδοῖ. ] Ἐντροπῇ. Οὐδὲ χορὸν. ]  
 Τόπον σημαίνει. Ἡλικ' ἤβης. ] Τῆς ὁμηλικῆς (leg. ὁμή-  
 λικ' ) νεότητ'. Ἀλδομένη. ] Ἐκκαίνουσα. (leg. Ἐκ-  
 κλίνουσα) Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ κ. τ. λ. ] Καὶ γὰρ ὑπὲρ τῇ δέ-  
 μορφίᾳ ζηλότυποι εἰσι γυναῖκες. Ἀλλ' αἰεὶ κ. τ. λ. ] Ἀλ-  
 λά καὶ ἢ Ἀφροδίτῃ, καὶ ἢ Ἀθηνᾶν καὶ αὐτὸν ἢ ἔρωτα  
 θυσίαις παρήνη (forte ἐπράυνεν) ἢ Ἡρώ. Ἀλέεινε. ] Διέ-  
 φυγε. Πυριπνεύοντας οἰστές. ] Βέλη πυριπνέοντα. Τὴν ἀ-  
 νὰ Σησὸν κ. τ. λ. ] Ἦνπινα ἑορτῇ ἀγούσιν τῷ Ἀδώνιδι,  
 καὶ τῇ Κυθερείῃ, ἦγαν Ἀφροδίτη.

fra, vñ. 234. παρ' ἡϊόνισσι θα-  
 λάσσης. & 336. ὡρὰ κρηπίδα  
 ᾗ πύργῳ. Post hunc versum  
 in Codice Regio minus recte  
 inferitur versus 188.

ὡς ἐν ναυστάσει σὺν ἀμφιπό-  
 λῃ πρὸς μένῃ.

33. Δὲ καὶ. Codex B. habet καὶ.  
 Totus hic versus abest a  
 V. Ven. & Cod. Bart. ve-  
 rum pro eo reperitur illud,  
 ὡς ἐν ναυστάσει κ. τ. λ. de  
 quo modo locuti sumus.  
 quamvis pro ὡς in V. lega-  
 tur,

Altera Venus regina; castitate & pudore  
 Numquam congregatarum commercio est usa  
 mulierum,  
 Neque tripudium gratiosum adivit juvenilis ac- 35  
 tatis,  
 Livorem evitans invidum mulierum;  
 Nam ob pulcritudinem invidae sunt femi-  
 nae:  
 Sed semper Cytheream placans Venerem,  
 Saepe etiam Cupidinem conciliabat libamen-  
 tis,  
 Matre cum coelesti flammeam tremens phare- 40  
 tram.  
 Sed neque sic evitavit ignitas (*ejus*) sagittas.  
 Jamque Venereum popolare venit festum,  
 Quod Sesti celebrant Adonidi & Veneri,

Ca-

tur H<sup>u</sup> & in Venet. H<sup>u</sup>. re-  
 ctissime autem editores hunc  
 versum infra suo loco reje-  
 cerunt.

34. Οὐδὲ ποτ'· Οὐδὲ ποτ'· V.  
 & Ven. *ibid* ἀγρομήρησι μεθω-  
 μίλησι· ἀγρομήρησιν ἐναμίλησι· sic  
 in omnibus praeter S. St. L.  
 Whit. Lond. & K. retinui με-  
 θωμίλησι sic etiam apud Ho-  
 merum Iliad. A. v. 269.

Καὶ μὲρ πῶσιν ἐγὼ μεθωμίλειον.  
 V. B. Reg. habent συνωμίλησι.  
 in Ven. errore librarii legi-  
 tur συνωμίλησαι.

*ibid*. γυναῖξιν· γυναῖξιν. S.

37. Huc pertinet illud Non-  
 ni L. 44. p. 1156. l. 6.

Εἰς γάμους, εἰς Παφίην ζηλήμα-  
 νίς εἰσι γυναῖκας.

quem locum etiam laudat  
 Rittershusius ad Oppian. Cy-  
 neg. 2. v. 209.

38. Ἰλασκομένη· Ἰλασκομένη.  
 B.

40. Μητρί σὺν ἑραίνῃ· de Ve-  
 nere Coelesti & Vulgari vide  
 quae notat Doctiss. Cuperus  
 observ. L. 2. c. 1. *ibid*. φλο-  
 γεῖν· φλογεῖν· Cod. Bart.

42. Κυπριδίη· Κύπριδος ἢ.  
 Ven.



- Πανσυδίη δ' ἔσπευδον ἐς ἱερὸν ἡμᾶρ ἰκέσθαι  
 45 Ὅσοι ναυετάρσκειν ἀλίσφρων σφυρὰ νήσων.  
 Οἱ μὲν ἀφ' Αἰμονίης, οἱ δ' εἰναλίας ὑπὸ Κύπρου.  
 Οὐδὲ γυνή τις ἔμιμνεν ἐνὶ πολλίεσσι Κυθήρων.  
 Οὐ Λιβάνου θυόεντ' ἐνὶ πλερύγεσσι χορεύων,  
 Οὐδὲ περικτιόνων τις ἐλείπετο τῆμ' εορτῆς.  
 50 Οὐ Φρυγίης ναέτης, οὐ γείτον' ἄσος Ἀβύδου,  
 Οὐδέ τις ἠϊθέων φιλοπάρθεν' ἢ γ' ἐκεῖνοι  
 Αἰὲν ὁμαρτήσαντες, ὅπῃ Φάτις ἐστὶν εορτῆς,  
 Οὐ τόσον Ἀθανάτων ἀγέμεν σπύδουσι θυηλὰς,  
 Ὅσ-

## Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Πανσυδίη.] Πανσεραπᾶ σὺν πολλῶ ὄχλῳ τῶν ἐν αἰ-  
 λιτρεφορμίων (lege αἰλὶ σεφορμίων) νήσων. Σφυρα.] Τὰ  
 ἔχρα. Κυθήρων.] Τοπικῶς ἐπωνυμορμίων. (lege ἐπωνο-  
 μασμίων) θυόεντ'.] Θαυμαστῶ, τεθυμιαμίων. Εἰνὶ πλε-  
 ρύγεσσι.] Εἰν ταῖς ὀκταῖς. Περικτιόνων.] Περιοικέντων γει-  
 τόνων. Ναέτης.] Οἰκέτης. Ἀσος.] Πολίτης. Ὀμαρτήσαν-  
 τες.] Ἀκολυθῆσαντες. Ὅπῃ Φάτις ἐστὶν εορτῆς.] Ὅπῃ  
 ἀγγελία ἦν εορτῆς. Θυηλὰς.] Τὰς θυσίας.

44. Πανσυδίη. Πανσυδίη. Ven. W. H. P. Par. Vo. Rondell. in A. & C. Al. I. & 2. J. 1. & 2. So. legitur Πανσυδίη *ibid* E's iserōn. E's is-  
 erōn. V.

45. Ναυετάρσκειν Ναυετάρσκειν. S St. L. Whit. & Lond. *ibid*. ἀλίσφρων. ἀλιτρεφίων. V. B. & Cod. Bart. reliqui Mss & edi-  
 ti habent, ἀλιτρεφίων. rectiffi-

me Casauboni emendatio-  
 nem amplexus est Kromaje-  
 rus & hanc quoque pro-  
 bat J. Rondellus. Sic αἰλις-  
 φρις ἔδαις ἀγέρει apud Nonn.  
 lib. 13 p 378. l. 13.

47. Εἰνὶ πολλίεσσι. mallet  
 cum S. ἀπὸ πολλίεσσι. propter  
 illud sequens. ἐνὶ πλερύγεσσι. St.  
 & L. in marg. hanc lectio-  
 nem nobis quoque exhibent.  
*ibid*.

Catervatimque festinabant ad sacrum diem ire  
Quotquot habitabant mari circumdatarum ex-45  
trema insularum:

Hi quidem ab Haemonia, hi vero marina e  
Cypro.

Neque mulier ulla remansit in oppidis Cythe-  
rorum,

Non Libani odoriferi in summitatibus saltans.

Neque accolarum quisquam deerat tunc festo,

Non Phrygiae incola, non vicinae civis Abydi, 50

Neque ullus juvenum amator virginum: certe  
enim illi

Semper secuti, ubi fama est festi,

Non tantum immortalium (deorum) adferre  
festinant sacrificia,

Quan-

*ibid.* Κυθήρων. Κυθείρων. Ven.  
& Cod. Barth. χορεύων. Barth.  
& Par.

48. Λιβάν. Λυβάν. C. & So.  
*ibid.* περισύγουσι χορεύων. πύχισ-  
σι ναίων. Cod. Reg. quod line  
dubio e glossemate ortum. il-  
lud autem χορεύων per *versari*  
optime vertipotest, non ta-  
men opus est, ut hic ita acci-  
piatur: nam tales locutiones  
saepe apud Poëtas occurrunt,  
& praecipue cum Libanus a  
Sacerdotibus Veneris habi-  
tabatur, quae saltationibus  
Sacra peragere solebant, uti  
hic Viri docti monuerunt.

49. περιελύνων. ὀφικτυίνων.  
Ald. 1. & 2. J. 1. & 2. ὀφικ-

πύνων retinui. sic etiam scribi-  
tur apud Homer. Odyss. β. v. f.  
65.

Ἄλλος τ' αἰδέσθης ὀφικλίωνας  
ἀνδρώπων,

*ibid.* ἐλείπειτο τῆμος ἰορτῆς. Co-  
dex Regius vitiosissime habet  
ἐλείπειδ' ἰορτῆς δοίης. integer hic  
versus deest in So. & H.

50. Φρυγίης ναίτης. Φρυγίης  
ναίται. A. & C. Rondellus  
quoque habet ναίται, & pro  
lequenti γαίτιος, γαίτιος sicut  
etiam B.

53. Ἀθανάτων ἀγέρων. Ἀθανά-  
τοις ἄγαν. Vatic. Venet. &  
Reg. Barthius ex suo Codice  
hanc lectionem quoque exhi-  
bet, quam tamen non probat.

Ὅσον ἀγειρομένων ἀφ' κάλλεα παρθενικάων.

Ἡ ᾗ θεῆς ἀνὰ νηὸν ἐπώχετο παρθένῳ Ἡρώ,  
Μαρμαρυγὴν χαρίεντῳ ἀπατράπισσα προσώπῳ,  
Οἷά τε λευκοπάρῃ ἑπαντέλλουσα σελήνῃ.

Ἄκρα ᾗ χιονέων φοινίσκετο κύκλα παρειῶν,  
Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον· ἢ τάχα Φαίης  
Ἡρῆς ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμῶνα φανῆναι.

Χροὴν γὰρ μελέων ἐρυθαίνεται· νιοσομένης δὲ  
καὶ ῥόδα λευκοχίτωνῳ ὑπὸ σφυρὰ λάμπετο κέρης,  
Πολλαὶ δ' ἐκ μελέων χάριτες ῥέον. Οἱ ᾗ παλαιοὶ  
Τρεῖς χάριτας ψύσαντο πεφυκέναι· εἰς δέ τις Ἡρῆς  
Ὀφθαλ-

## Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Ἀγειρομένων.] Ἀθροίζομένων. Μαρμαρυγὴν χαρίεντῳ  
κ. τ. λ.] Λαμπετὸν πεχαρητομήν (lege Λαμπετὸν κε-  
χαρητομήν) ἀπατράπισσα τῷ προσώπῳ. Χιονέων.] Χιο-  
νόδης, λαμπερὴ, (lege χιονοδῶν λαμπερῶν.) Φοινίσκετο.]  
Ἐλαμπερύνετο. Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων.] Ὡς πρὸς τὴν  
τῶν ῥόδων. Ἐρυθαίνεται.] Ἐρυθρὰ φαίνεται. Νιοσομένης.]  
Πορβομένης. Ὑπὸ σφυρὰ.] Τὰ ἀπολείποντα μέρη πρὸς  
τὸν σφυγάλον. (lege ἀσφυγάλον.) Τρεῖς Χάριτας.] Κάλ-  
λῳ, Φρόνησιν & Ἔργον.

in hac re Viro doctissimo non  
adsentior, nec dubito, quin  
vera Musaei manus in his  
Codicibus lateat.

54. Ἀγειρομένων. ἀγειρόμενοι.  
V. Ven. B. & Cod. Barth.

56. Μαρμαρυγὴν. Μαρμαρυ-  
γὰς. V. Ven. B. Reg. & Cod.

Barth. *ibid.* χαρίεντῳ. sic S.  
St. L. Whit. Lond. & Kro-  
maj. In omnibus alijs ha-  
berur χαρίσας & hoc quo-  
que St. & L. in marg. scri-  
bunt. Ven. & Cod. Barth.  
exhibent χαρίσας. omni-  
no tamen retinendum Μαρ-  
μα-

Quantum congregatarum ob pulcritudinem virginum.

Verum Deae per aedem incescit virgo He. 55  
ro,

Splendorem gratiosa emittens facie,

Qualis alba genas exoriens luna.

Summi vero nivearum rubebant circuli genarum,

Ut rosa ex thecis bicolor: certe diceret,

Herus in membris rosarum pratum adpare- 60  
re.

Colore enim membrorum rubebat: euntis vero

Etiam rosae candidam indutae tunicam sub talis splendebant puellae,

276. Δαΐδων. δαΐδων sic legitur in omnibus praeter V. S. St. L. Whit. Lond. & K. in So. legitur δαΐδων. *ibid.* ἤτραπ' ἑ. ἤτραψι. Vatic. & Ven. quod forte retinendum.

277. Β'πισκίρτησι. ἐπισκίρτησι. B. ἐπιδυρήμησι. S. hanc lectionem etiam repraesentant Stephanus & Lectius in margine. in Vatic. & Ven. habetur ἐπικλύπησι.

278. Ἀΐσις. αἰδὸς. V. Ven. Reg. & B.

280. Illud Σιγὴν πατρὸν ἔπηξεν. ut & versum praecedentem melius paraphrattice ver-

tit Andreas Papius.

*Et stratum taciturna totum genialibus horis*

*Ipsa quies statuit.*

281. Michael Neander de re Poëtica p. 730. quem librum supra laudavi, hunc locum sic citat ἦν γάμος ἦν ἀπάνευθεν κ. τ. λ. sed eum hic quoque memoria lapsum fuisse credo, versu etiam 280. pro ἔπηξεν citat ἔπηξε.

282. Hic versus & tres sequentes in Cod. Vatican. & Ven. desiderantur.

283. Ἀειγνώτοις. ἀειγνώτοις. B.

285.

on taedarum inluminabat splendor nuptialem  
 lectum ;  
 eque peragili quisquam saltavit chorea ,  
 on hymenaeum cantavit pater , & veneranda  
 mater ;  
 d lectum sternens perficientibus nuptias in ho-  
 ris  
 entium thalamum fixit , novam nuptam vero 280  
 ornavit caligo ;  
 nuptiae erant longe a canendis hyme-  
 naeis.  
 ox quidem erat illis nuptiarum ornatrix , ne-  
 que umquam Aurora  
 onsum vidit Leandrum valde (*ipsi*) notis in  
 lectis.  
 tabat autem e regione positi rursus ad popu-  
 lum Abydi  
 eturnos insatiabilis adhuc spirans hyme- 285  
 naeos :  
 Hero , longa induta veste , suos latens pa-  
 rentes , (*clam parentibus*)

Vir-

35. Ἐπὶ πνείων ὑμεναίων .  
 dem locutionem repe-  
 apud Nonnum Dionys.

25. p. 648. l. 10.

ἢ καὶ ἄλλα μὲν Περσῶν μίαν κλεί-  
 ναντα γυναῖκα ,  
 ἢ καὶ συμφοιδίους ἢ πνεί-  
 σαν ἱρώων .

or locutio occurrit apud  
 idem lib. 45. p. 1162.

lin. 32.

——— Ἡ' μιτίλειτον ἔτι πνείοντα  
 τεκόντες ,

πνείων idem ac ὄζων interdum  
 significat uti rectissime do-  
 cet Doctiss. Berglerus. sic a-  
 pud Oppianum lib. 1. Cy-  
 neget. vi. 339.

Στεφάνουρος , πνείοντε πελαγ-  
 οῖσι μύροισι .

G 2

287.

Παρθένῳ ἡματίη, νυχίη γυνή. ἀμφότεροι ἦ  
Πολλάκις ἤρσαντο κατελθέμεν ἐς δύσιν Ἡῶ.

Ὡς οἱ μὲν Φιλότῃ ὑποκλέπτοντες ἀνάγκην

- 290 Κρυπταδίη τέρποντο μετ' ἀλλήλων κυθρεΐη.  
 Ἀλλ' ὀλίγον ζώσκον ἐπὶ χρόνον· οὐδ' ἐπὶ δηρὸν  
 Ἀλλήλων ἀπόναντο πολυπλάγκτων ὑμεναίων·  
 Ἀλλ' ὅτε παχύνεντ' ἐπήλυθε χεῖματ' ὥρη,  
 Φρικαλέας δονέουσα πολυσροφάλιγγας ἀέλλας,  
 295 Βένθεα δ' ἀσκήρικτα καὶ ὑγραὶ θέμεθλα θαλάσσης  
 Χειμέριοι πνεύοντες αἰεὶ συφέλιζον αἴται,  
 Λαίλαπι μασίζοντες ὅλην ἅλα· τυπτομένης ἦ  
 Ἡδῆ

## Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Πολλάκις ἤρσαντο κ. τ. λ. ] Πολλάκις ἤυξαντο κατελθεῖν  
 τὴν ἡμέραν εἰς δύσιν. Ἀπόναντο. ] Ἀπῆλαισαν. Ἀέλ-  
 λας. ] Συσροφὰς ἀνέμων. Βένθεα — συφέλιζον. ] Εἴ-  
 σινον τὰ βάθη.

287. Integer hic versus  
 deest in Cod. A.

288. Ἠρῶσαντο. ἤρσαντο.  
 S. *ibid.* κατελθέμεν. μεθελθέμεν.  
 V. & Ven.

291. Οὐδ' ἐπὶ δηρὸν. sic le-  
 gitur in B. S. St. L. Whit.  
 Lond. & K. in Ald. 1. &  
 2. & J. 1. habetur ἐδὲ π δη-  
 ρῶν. reliqui scribunt ἐδὲ ἡ δη-  
 ρὸν. sed ibi potius legendum  
 est ἐδ' ἢ δηρὸν. Praetuli tamen  
 ἐδ' ἐπὶ δηρὸν cum optimis, hoc  
 quoque dixit Homerus Iliad.

I. vs. 415.

Ὡς γὰρ μοι κλέῃ ἐοθλὸν, ἐπὶ  
 δηρὸν δέ μοι αἴω

ἔσεται,

tamen apud eundem etiam  
 invenies illud ἢ δηρὸν Odyss.  
 Θ. vs. 150.

Σοὶ δ' ὁδὸς σὺν ἢ δηρὸν ἀπίσ-  
 σιται, ἀλλὰ τοι ἦδη

Νηὺς τε κατεΐρεται,

292. Male in V. Ven. B.  
 S. St. & L. pro ἀλλήλων le-  
 gitur ἀγρύπνουν. Amor quidem  
 & Amantes vigilare dicuntur:  
 sic

go diurna ( erat , ) nocturna mulier. utrique  
autem

be optarunt descendere ad occasum auroram.

( *solem* )

ic hi quidem amoris abscondentes necessita-  
tem

ulta delectabantur inter se Venere.

290

exiguo vixerunt tempore; nec diu

icem fruebantur multivagis nuptiis;

quando pruinosa venit hiemis hora,

rendas commovens multarum vortiginum  
procellas,

funditatesque infirmas & madida fundamen- 295  
ta maris

males spirantes semper verberabant ven-  
ti,

bine percutientes totum mare; vapulante  
autem ( *eo* ) .

Jam

und Ovidium lib. 1. A-  
El:9. vs. 7. & ὑμῶνται  
παι apud Nostrum in-  
f. 12. & 225. verum  
lectio e toto sensu pro-  
or videtur.

χέματ' ἄρη. Vide  
notavit Casaubonus ad  
maeum lib. 3. c. 6.

Φαλαγγίαι. φαλαγγίαι.  
ιδ. δονίαι. δονίαι. V.

Θέμιθλα. θέμιθλα.

ita scribunt Cod. Angl. Ald.  
1. & 2. J. 1. & 2. So. W. H.  
Barth. Par. & Rondell. & sic  
quoque J. Vatellus in com-  
ment. hunc locum producit.  
*ibid.* pro αἱ συμφιλιζον. legitur  
ἡ συμφιλιζον in omnibus prae-  
ter Ven. B. S. St. L. Whit.  
Lond. & K.

296. χεῖμαί τοι πνέοντες. mal-  
lem χεῖμαί τοι πνέοντες. DOR-  
VILLIUS.

- Η'δη νῆα μέλαιναν ἀπέκλασε διχθάδι χέρσῳ  
 Χειμερινὴν καὶ ἄπιστον ἀλυσκάζων ἄλα ναύτης.  
 300 Ἀλλ' οὐ χειμερινὴς σε φόβῳ κατέρυκε θαλάσσης,  
 Καρτερόθυμὲ Λεάνδρε· Δρακτορίη δέ σε πύργου,  
 Η'θάδα σημαίνουσα Φαεσφρίην ὑμεναίων,  
 Μαινομένης ὠτρυνεν ἀφειδήσαντα θαλάσσης,  
 Νηλεΐης καὶ ἄπιστος. ὄφελλε ἢ δῦτμορος Ἡρώ  
 305 Χείματος ἱσαμένοιο μένειν ἀπάνθυθε Λεάνδρου,  
 Μηκέτ' ἀναπτομένη μινυώριον ἀτέρεα λέκτρα.  
 Ἀλλὰ πόθος καὶ μοῖρα βίησατο· θελγομένη ἢ  
 Μοιράων ἀνέφαινε, καὶ οὐκέτι δαλὸν ἐρώτων.  
 Νῦξ ἦν, εὔτε μάλιστα βαρυπνεύοντες αἴηται,  
 310 Χειμερινὴς πνοιῇσιν ἀκοντίζοντες αἴηται,  
 Ἀθρόον ἐμπίπτουσιν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης·

Δι

## Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Η'δη νῆα μέλαιναν κ. τ. λ.] Τότε τὴν βαθεῖαν ναῦν  
 εἰς δύο διέλκωσιν εἰς τὴν ἡγῆν (leg. διελῶν εἰς τὴν γῆν  
 ἡγαγεν.) Ἀφειδήσαντα.] Μὴ φροντίσαντα. Βίησατο.] Ἐ-  
 βιάσαντο. Δαλὸν.] Καϊόμενον ξύλον.

297. Locus certe obscu-  
 rus. Quid si tamen legamus

— — — τυπτομένην ἢ

Η'δη νῆα μέλαινα ἀνέκλυσε  
 διχθάδι χέρσῳ.

ἀνέκλυσε & ἀνέκλυσε non mul-  
 tum distant. ἀνέκλειν & ἀνελ-  
 κύν subducere navem. videa-  
 tur Thucyd. c. viii. 12. &  
 Harpocration in voce Νει-  
 ρία. DORVILLIUS. pro ἀνέ-

κλασε. legitur ἀνέκλυσε. in  
 V. S. St. & L. in marg.  
 In Ven. B. & Reg. legitur  
 ἀνέκλυσε. ibid. διχθάδι. διχθάδι.  
 V. & Ven.

300. χειμερινῆς. χειμερινῆ. B.  
 χειμερινῆ. Ven.

301. πύργου. λήγης. V. Ven.  
 S. St. L. & K. certe reti-  
 nendum videtur πύργου quod  
 omnes alii repraesentant, &  
 male

navem nigram fregerat bifida (in) terra  
male & infidum vitans mare nauta.  
non hiberni te timor coërcebat maris,  
ignanime Leander; nuntius sed te turris,  
suetam significans lucem nuptiarum,  
entis impulit securum maris,  
delis & perfidus: debebat autem infelix He-  
ro

300

ne instante manere sine Leandro,  
amplius accendens brevis temporis stel-  
lam lectorum.  
amor & fatum cogebat (*eam.*) allecta (*cu-  
pida*) autem  
arum ostendebat, non amplius facem amo-  
rum.

305

ox erat, quum maxime spirantes venti,  
nalibus flatibus jaculantes venti,  
ecti irruunt in littus maris:

310

Tunc

n margine hanc lectio-  
rejecerunt St. & L.  
ritatem secundae edi-  
nimis ubique secu-

. Η'θάδα. Ε'ιθάδα. V.  
H' δα'δα. A. & C.  
In Ald. 1. & 2. J.  
. So. W. H. Par. &  
ll. legitur Μαυρομήνης  
Barth. Μαυρομήνης δ'.  
Ο'φθαλμοί. ο'φθαλμοί. Whit.  
ad.

Α'ναπλομήνη. ἀναπλο-

μήνη. J. 2.

309. Ε'υτε. Ο'τις. Ven. Ο'τις.  
V. *ibid.* βαρυπνεύοντες αἱται.  
sic omnino retinendum cum  
V. Ven. B. Reg. S. St. L.  
Whit. Lond. & Kromaj. in  
omnibus aliis legitur βαρυ-  
πνεύοντες αἱται. sed recte hanc  
lectionem in margine posue-  
runt St. & L.

310. Α'κοιπίζοντες αἱται. ἀ-  
κοιπίζοντας αἱται. B. & Reg.  
in Codice Veneto pro αἱται  
legitur αἱμας.

312.

Δὴ τότε Λείανδρός περ, ἐθήμονⓈ ἐλπίδι νύμ-  
φης,

Δυσκελάδων πεφόρητο θαλασάων ἐπὶ νώτων.

Ἡδὴ κύματι κύμα κυλίνδετο, σύνθετο δ' ὕδωρ.

315 Αἰτέρι μίσγετο πόντος· ἀνέγρετο πάντοθεν ἡχὴ  
Μαρναμένων ἀνέμων· Ζεφύρῳ δ' ἀντέπνεεν ΕὐρⓈ,  
Καὶ ΝότⓈ ἐς Βορέην μεγάλας ἀφείκεν ἀπει-  
λάς·

Καὶ κτύπⓈ ἦν ἀλίατⓈ ἐεισμαράγοιο θαλάσ-  
σης.

Αἰνοπαθὴς ἤ ΛέανδρⓈ ἀκηλήτοις ἐνὶ δίναις

320 Πολλάκι μὲν λιτάνευσε θαλασαίην Ἀφροδίτην.

Πολλάκι δ' αὐτὸν ἄνακτα Ποσειδάωνα θαλάσσης·

Ἀτθίδος οὐ Βορέην ἀμνήμονα κάλλιπε νύμφης·

Ἀλλὰ οἱ οὔτις ἄρηγεν, Ἔρως δ' οὐκ ἤρκεσε μοί-  
ρας. Πάν-

## Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Δυσκελάδων.] Δυσήχων. Κυλίνδετο.] Διεγείρετο. Ἀ-  
λίαςⓈ.] ἈφόρητⓈ. Αἰνοπαθὴς.] Δεινὰ πεπονθώς.  
Ἀκηλήτοις.] Ἀνησύχοις.

312. Δὴ τότε. in Codice  
Veneto male habetur δὴ τότε  
καὶ. *ibid.* ἐθήμονⓈ. ἐθήμονⓈ.  
Ald. 1. & 2. & Par.

313. Ἐπὶ νώτων sic V. Ven.  
B. S. St. L. Whit. Lond.  
& K. reliqui male habent  
ὕδραων. sic infra vs. 324.

Πάντοθεν δ' ἀγρομέροιο δυσαν-  
τεί κύματⓈ ἰερμῇ  
τυπλόμρⓈ πιφόρητο.

314. Κύματ. κύμαπ. Ven.  
*ibid.* pro σύνχυτο, quod in V.  
Ven. S. St. L. Whit. Lond.  
& K. habetur, scripsi σύνδυτο  
cum omnibus aliis, quod ποιη-  
πρώτερον, & multo elegantius  
dictum est. sic fluctus pende-  
re dicuntur apud Statium lib.  
5. Thebaid. vs. 368.

—— nigris redit bumi-  
da tellus

Vorti-

nc Leander, consuetae spe sponsae,  
 de sonanti ferebatur maris in dorso.  
 ab unda unda volvebatur, adcumulabatur  
 vero aqua;  
 heri miscebatur pontus; concitabatur undi- 315  
 que fremitus  
 gnantium ventorum: Zephyro autem contra  
 spirabat Eurus,  
 Notus in Boream magnas inmisit minas;  
 que fragor fuit vehemens valde frementis ma-  
 ris.  
 avia autem passus Leander inplacabilibus in  
 gurgitibus  
 pe quidem precabatur aequoream Venerem, 320  
 pe autem ipsum Regem Neptunum maris:  
 thidis non Boream inmemorem reliquit nym-  
 phae;  
 l ipsi nullus auxiliatus est; Amor autem non  
 coërcuit fata. Undi-

*porticibus, totumque Notis  
 portantibus aequor  
 pendet.*

ad versum 366. vide Bar-  
 m, qui hunc Musaei lo-  
 nibi sic quoque laudat. &  
 e haec lectio ab H. Ste-  
 no & Lectio in margi-  
 n rejecta est.

15. Πάνταθιν, πάνταθι. W.  
 ἡχῇ. ἡ γῆ. V. A. C. Ald.  
 & 2. J. 1. & 2. W. H. P.  
 th. Par. Vo. & Rondell.  
 17. Α'φίκεν. V. S. St. L.  
 Vo. Whit. Lond. & K.

alii habent ἰφίμεν.

318. Κτύπον. κλίπος. V.  
 & Ven. *ibid.* ἱερμαγέγυιο. ἱ-  
 ερμαγέδοιο A. & C. Ald. 1.  
 & 2. J. 1. So. & H. in J. 2.  
 legitur ἱερμαγέγυιο.

319. Α'καλήτοις. ἀκαλίτοις.  
 B. *ibid.* δίναις. δαίταις. B.

320. Μὴν. μὴν. B. *ibid.* λι-  
 πόνδοι. λιπώνω. V. Ven. S.  
 & Whit.

323. Α'πᾶς οἱ ὕψι, ἀπ' ὕψι.  
 Vatic. & B. ἀπ' ὕψι γι. Ven.  
*ibid.* μείγας. μείγας. Ven.



Πάντοθι δ' ἀγρομένοιο δυσαντέϊ κύματος ὄρμῃ  
 325 Τυπτόμενος πεφόρητο. ποδῶν δέ οἱ ὤκλασεν ὄρμῃ,  
 Καὶ θείος ἦν ἀδόνητον ἀκοιμήτων παλαμάων.  
 Πολλὴ δ' αὐτόματος χύσις ὕδατος ἔρρεε λαιμῷ,  
 Καὶ ποτὸν ἀχρήϊστον ἀμαιμακέτε πῖεν ἄλμης.  
 Καὶ δὴ λύχινον ἀπιστον ἀπέσβεσε πικρὸς ἀήτης,  
 330 Καὶ ψυχὴν ἔῃ ἔρωτα πολυτλήτοιο Λεάνδρου.

Ἡ δ', ἐτι δηθύνοντ<sup>ς</sup>, ἐπ' ἀγρύπνοις ὀπωπαῖς  
 Ἰστατο

324. Πάντοθι. Πάντοθι. S. P. Vo. St. & L. in marg. In Veneto legitur Πάντοθι. Quod non male retinere possumus, nam repetitio δ' ingrata hic est. *ibid.* ὄρμῃ. ὄρμα. Ven.

325. Τυπτόμενος. sic B. S. St. L. Whit. Lond. & K. quod certe retinendum est, reliqui exhibent Θρυπτόμενος sic etiam in marg. St. & L. verum error inde natus est, quod illud mox repetitur vs. 337. *ibid.* Ποδῶν δέ οἱ ὤκλασεν ὄρμῃ. legerim ποδῶν ἃ οἱ ὤκλασεν ἄρμη. praecessit enim ὄρμῃ. nam quod versu 309. & 310. repetatur αἷον elegantiam potius habet. videatur Hesychius in ἄρμη. Rhodomann. ad Quintum Calabrum xi. 361. vide quoque Foessii Oecon. Hippocratis & Epist. ad Hebr. 4. 12. ἄρμων, ubi alii ab ἄρμος, alii ab ἄρμη deducunt, ut vox videatur satis boni commatis. DORVILLIUS.

Conjeceram ἀλκή, sed cum Cl. DORVILLIO omnino faciendum. Certe videtur haec genuina lectio. nam in o, facile corruerunt librarii, sic pro ἀρχῇ scribitur ὀρχῇ apud Athenaeum, quod docebit G. Canterus de ration. emend. Auct. Gr. cap. I. hic versus autem non reperitur in Cod. Vatican. nec Venet.

326. Σείος sic omnes praeter S. St. L. & K. qui scribunt εἶος. *ibid.* ἀδόνητον. ἀνόντην. V. & Ven. *ibid.* ἀκοιμήτων. ἀκοιμήτων. Ven. & A.

328. Καὶ ποτὸν ἀχρήϊστον. male inutilem. ait Rondellus, verterem, extremum ut dicitur ἀχρήϊς ὀλισθῶ; extrema perniciēs. Ἀχρήϊς. recte videtur reddi inutilis: inprimis si ita accipiamus, quomodo apud Ovidium II. pont. VIII. 59. ubi videatur Cl. Burmannus & in add. DORVILLIUS. *ibid.* ἀμαιμακέτι

dique autem adcumulati male obvio fluctus  
 inpetu  
 ulsus ferebatur; pedum autem ei defecit vi. 325  
 gor,  
 vis fuit immobilis inquietarum manuum.  
 Ita autem spontanea effusio aquae fluebat in  
 guttur,  
 potum inutilem inpetuosi potavit falsuginis  
 maris;  
 am lychnum infidum exstinxerat amarus ven-  
 tus,  
 animam & amorem multum passi Leandri. 330  
 Illa autem, morante adhuc, (*Leandro*) vigi-  
 libus oculis

Sta-

αλμης. in Codice Ve-  
 legitur ἀμραιμάκτοι πίν  
 9. Καὶ δὲ λόχιοι ἄπιστοι.  
 num infra vs. 301. di-  
 Διακρίνῃ τηλικαῦτε καὶ ἄπι-  
 eleganter etiam ἀπιδότης  
 tur in Epigrammate An-  
 i in Anthol. lib. 3. c. 7.  
 codice Veneto pro ἄπιστοι  
 ur ἄσβεστοι. quod certe  
 ema est. sed corrup-  
 , pro ἄσβεστοι ibi sal-  
 legerem ἄσπιον, quod  
 chius explicat per ἀσπ-  
 x sic τὸ ἄπιστοι. optime a  
 atore potuit explicari.  
 O. Πολυτλήπια. hoc re-  
 tentant Cod. Vatican.  
 B. S. St. L. Whit. &

Lond. probat & hanc lectio-  
 nem J. Rondellus, cum his  
 omnino quoque feci. Alii  
 omnes habent πολυκλαύτοις,  
 verum illud innox repetitur.  
 Scio recentioris aevi Poëtam  
 non tam axie talia curasse,  
 verum nimis absurdum est;  
 unum idemque epitheton  
 nunc Διακρίνῃ & mox τῷ με-  
 κρίματι adjungere. Post hunc  
 versum in Codicibus Vati-  
 cano & Veneto hi duo inter-  
 feruntur, sed spurii procul du-  
 bio.

Νείκεται δ' ἀγροκόθυμος ἱπποβο-  
 λήσιν ἀήτης  
 Ἡ δὲ γὰρ φθιμένοιο μέρον θίσ-  
 πιασι Λεάνδρου.  
 331. Ἡ δ', ἔκ θεθύνητος.  
 Η 2

Ἰστατο κυμαίνουσα πολυκλαύτοισι μερίμναις.  
 Ἦλυθε δ' ἠριγένεια, καὶ οὐκ ἴδε νυμφίον Ἠρώ,  
 Πάντοθι δ' ὄμμα τίτταιν ἐπ' εὐρέα ἰῶτα θαλάσσης,

Εἴποιο ἰσαθρήσειν ἀλώμενον ὃν παρακοίτην  
 Λύχου σβαινυμένοιο. ὦρα κρηπίδα ἢ πύργου  
 Θρυπτόμενον σπιλάδεσσιν ὅτ' ἔδρακε νεκρὸν ἀκοίτην,

Δαιδαλέον ῥήξασα πρὸς γήθεσι χιτῶνα,  
 Ροιζηδὴν προκάρην αὖτ' ἡλιβάτου πέσαι πύργου.

Καδὲ Ἠρὸ τέθηκεν ἐπ' ἄλλυμένῳ ὦρα κοίτη,  
 Ἀλ-

sic S. St. L. Whit. Lond. & K. & hanc lectionem omnino veram vehementer probat And. Papius, omnes alii exhibent εἰσὶ δ' ἰδύνοντες. illud autem δύνοντες latet quoque in Codicibus Vaticano & Veneto, alter exhibet εἰσὶ δ' ἰδύνοντες alter εἰσὶ δ' ἰδύνοντες. Cod. Angl. cum reliquis editis nullo sensu habent εἰσὶ δ' ἰδύνοντες. *ibid.* ἐπ' ἀγρύπνοις. ἐπ' ἀγρυπνίῃ. A & S. huc pertinet locus Virgilii lib. 4. Aeneid. vs. 529. & seqq.

332. Πολυκλαύτοις. πολυκλαύτοις. Vatic. Ven. B. S. St. L. Whit. & Lond.

333. Pro Ἠρώ δ'. in Cod. Veneto habetur ἡλῶνα.

334. Πάντοθι. πάντοθι. S. St. & L. in marg. *ibid.* ὄμμα τίτταιν in Cod. B. legitur ὄμμα τίτταιν.

335. ὃν ὦρα κοίτην. voculam ἢ omittunt. V. & B. etiam non habetur in secunda editione, verum ibi pro ἀλώμενον exhibetur ἀλῶμενον. in Cod. Veneto legitur ἀλῶμενον.

336. Παρ'. Papius & Voetius scribunt παρα'.

337. Θρυπτόμενον. sic omnes libri praeter Codicem Venetum, cum quo potius legerem ἀγρυπτόμενον ex Homeri Odyss. E. vs. 434.

ὦρα ἢ ὦρα πύργου θρυπτόμενον  
 ἀπὸ χαρῶν

at fluctuans luctuosis curis.  
 it autem aurora, & non vidit sponsum He-  
 ro,  
 cumquaque oculos dirigebat in lata dorsa  
 maris,  
 ubi videret errantem suum maritum 335  
 hinc extincto, apud fundamentum vero  
 turris  
 uniatum scopulis ut vidit mortuum mari-  
 tum,  
 riam dirumpens circa pectora vestem,  
 in strepitu praeceps ab alta cecidit turri.  
 que Hero mortua est super mortuo mari. 340  
 to,

Suique

οἱ ἀπὸ δρυφθῆν, ἢ δι μίαν  
 κύμα κάλυψιν.

38. Δαυδαλίον. in Cod. A.  
 scribitur Δαυδάλαον. *ibid.*  
 ωδ. V. & Ven. *ibid.*  
 ὡνα. χιτῶνας. Ald. 2. &

39. Ροιζηδὸν. Ροιζηδὲν. Ron-  
 . *ibid.* ἀπ' ἡλιβάτου πίσι  
 . in Ald. 2. legitur ἀπ'  
 ἄτον πίσι πύργον.

40. Κάδδ'. in St. L. & K.  
 etur καδ' δ', sed cum aliis  
 nibus scripsi κάδδ', quod  
 in apud Homerum Iliad.

B. vs. 549. in Cod. B. legi-  
 tur καδ'. *ibid.* τίθηται ἰπ'. τίθ-  
 ηται σὺν. Ven. B. Reg. L.  
 Whit. Lond. K. St. & L. in  
 marg. sed cum Cod. Angl.  
 & reliquis editis priorem lec-  
 tionem praetuli, an illa non  
 melius hic conveniet? an non  
 magis Poëtice dictum est? ut  
 eodem quasi tumultu compo-  
 nantur. sic in Epigramma-  
 te Antipatri, quod mox lau-  
 davi.

Κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδ' ἔχει  
 πίφθ', —

Ἀλλήλων δ' ἔποιοντο καὶ ἐν πυμάτω περ ὀλί-  
θρῳ.

Τ Ε Λ Ο Σ.

341. Εἰ πυμάτω. εἰ πυμάτι.  
Vatican.

Ad finem opusculi, ait And.  
Papius, accesserat versiculus

*hic in exemplari, quod Galiel-  
mus Canterus cum suo con-  
tulerat. Sed adscititijs sine  
dubio.*



que invicem potiti sunt etiam in ultima per-  
nicie.

F I N I S.

ἢ αὖτ' ἐρμηνεύσας ἀνδρῶν  
ἀπόκρυφ' ἀλυσίς.

t,  
lis vefanos juvenum ma-

*net exitus igneis.*

Et certe in hoc versiculo ni-  
hil cum Musis commune  
est.



## M U S A E I

## HERO ET LEANDER.

## I N T E R P R E T E

## ANDREA PAPIO GANDENSI.

**M**usa mihi testem taciti cane lychnon ambris :  
Nocturnoque virum pelago ad connubia nan-  
tem :

Obscurumque torum, dea quem non viderit Eos :  
Et Seston latebras Herus, & moenia Abydi.

- 5 Jam mihi Leandrum videor spectare natantem :  
Et lychnon, Veneris qui iussa referre solebat,  
Noctinubaeque Hero flammis praestare ministras,  
Furtorum indicio dulci: quem Juppiter astris  
Debuerat socium post munera jungere noctis,  
10 Ut coelo fulgeret amorum pronubus ignis.  
Quod miseras pariter curas obiisset amantum,  
Connubii extollens vigilis praenuncia signa,  
Ante malus tristi rueret quam turbine ventus.  
Ergo age, & exitio, dea, commemoremus eodem  
15 Extinctamque facem simul, extinctumque Leandrum.  
Stabant oppositae, ponti discrimine parvo,  
Sestos Abydenaeque domus: tensisque Cupido  
Cornibus unum ambas jaculum contorsit in urbeis:  
Accendens juvenem pariter, pariterque puellam,  
20 Leandrum teneramque Hero: sic nomine dicunt.

Hacc

e Sestum : at juvenis fedeis habitabat Abydi.  
 bus ambabus pulcherrima scilicet ambo  
 a: consimiles ambo. quae si aequora navi  
 e leges, turrim observâ, qua Sestias Hero  
 ina monstrabat nanti spectanda Leandro : 25  
 re & fluctisonans antiquae littus Abydi,  
 e quoque Leandri lethum quod plangit & igneis.  
 e autem patria degens Leander Abydo  
 s arsit amores, & amore innexuit ipsam?  
 rte decens Hero, clara de stirpe, sacerdos 30  
 bat Veneri : seorsimque parentibus, expers  
 ugii, turrim vicinum habitabat ad aequor.  
 e instar Veneris. casti sed plena pudoris,  
 e foemineis adjunxit caetibus unquam,  
 gratas duxit choreas cum aequalibus una : 35  
 iam atque assueta suis convitia vitans,  
 quae sibi formae dum postulat aemula laudem.  
 nper dominam supplex venerata Cytheren,  
 etiam donis puerum placabat Amorem,  
 tem metuens dia cum matre pharetram. 40  
 amen effugit spiranteis igne sagittas.  
 ant Veneris populo solemnia festa,  
 Sesti peraguntur Adonidique & Cythereae.  
 am propere ad lucem venire frequentes  
 as pelago terras quicunque tenebant : 45  
 nge Aemoniam linquens, pars littora Cypri:  
 que haerebat sacris non ulla Cytheris,  
 ibani choreas beneolenti in vertice ducens.  
 vicinorum festo nec defuit ullus:  
 non Phrygiae, non finitimae urbis Abydi: 50



Nec juvenum quisquam formae studiosus: ut illi,  
Si quo forte vocat festi nova fama, sequentes,  
Non tantum aeternis properant dare munera divis,  
Quantum collectas festo spectare puellas.

55 At divae gradiens templo pulcherrima virgo,  
Fulgorem grato spargebat plurima vultu:  
Exoriens veluti terris argentea Luna.

Quippe genas niveas summo rubor orbe tenebat,  
Folliculis bicolor qualis rosa prodit: ut Herus

60 Membra tuens, credas roseum te cernere pratum.

Miscebat nam cuncta rubor: seseque ferebat

Tralucens roseis per candida tegmina plantis.

Et Charites membris quacunq; à parte fluebant.

Treis prisca finxere quidem: sed virginis unus

65 Centum una Charites ridens spirabat ocellus.

Certe equidem Veneri digna est oblata sacerdos.

Sic illa ante alias forma praeclara puellas,

Antistes Veneris, tanquam Venus altera visa est:

Et juvenum subiit per mollia corda: torique

70 Nullus erat sociam qui non sibi posceret Hero:

Quacunq; illa vago templum pede perlustrabat,

Hac comites oculosque virum mentesque trahebat.

Tum juvenum admirans aliquis sic ore locutus:

Spartam adii, claram vidi Lacedaemonis urbem,

75 Formosae qua dura manu certamina tractant:

At talem aspexi nusquam, teneramque probamque,

Atque unam Charitum e numero fortasse minorum.

Jamque adeo fessum nequeo me explere tuendo.

Protinus exspirem, thalamis modo perfruar Herus.

80 Nec magis optarim fieri deus aethere in alto,

Quam

quam mihi cara domi conjux contingat ut Hero.

ut famulam si forte tuam mihi nulla facultas

tangere, me simili saltem dea conjuge dona.

Haec simul hinc aliquis: alium simul inde latenti

vulnere dementem faciebat forma puellae.

85

At non tu, miser aspecta Leandre puella

occultis voluisti animum consumere curis:

sed subito victus flammam spirante sagitta,

formosa haud poteras Hero sine ducere vitam.

Illic ad nictus ardor surgebat amorum,

90

et cor indomitae flagrabat ab impete flammæ.

Inculpata etenim præstantis forma puellæ

corda virum penetrat teli velocior ictu.

Estque oculus via prima: oculo tum deinde profectum,

abitur ima sub usque viri præcordia vulnus.

Hic illum tremor, & pudor, & stupor, inque pu- 95  
dencia

Oppressere. trementem animo: captumque pudore:

et forma stupidum: sed amor remove pudorem.

ergo audax ab amore, pudorisque immemor omnis,

accessit sensim, & contra stetit ora puellæ:

videbatque dolos oculis obliqua tuendo,

100

virginis abducens per mutos pectora nutus.

Illa autem, cupidi percepta fraude Leandri,

conscia gaudebat formæ: taciturnaque & ipsa

interdum vultus terra attollebat amoenos,

Leandrum per signa monens occulta vicissim:

105

figebatque iterum. ille animo gaudebat ovanti,

perceptum virgo quod non sprevisset amorem.

Secreti interea quaerit dum temporis horam

- Leander, cedente die lux linquere terras  
 110 Incipit, & fero consurgere vesp̄r ab axe.  
 Ergo ut caeruleam sensit crebescere noctem,  
 Tum vero intrepidum propius se offerre puellae:  
 Et furtim prensae digitos compressit, ab imo  
 Ingentem penitus gemitum dans pectore: at illa,  
 115 Indignata velut, roscam subducere dextram.  
 Sed blandos simul ac nutus agnovit amatae  
 Virginis, arreptam tunicis fulgentibus, audax,  
 Intima pertraxit secum in penetralia templi.  
 Ast aegre subiens, pedibus pugnantibus, Hero,  
 120 Invitae similis, taleis dedit ore loquelas,  
 Foeminea cum voce minax aggressa Leandrum.  
 Quid furis? aut quo me castam miser abripis hospes?  
 Hinc alio concede, meamque hanc desere vestem.  
 Neu diteis ignare meos offende parenteis.  
 125 Haud Veneris tibi casta deae tentanda sacerdos.  
 Virginei sperare nefas te gaudia lecti.  
 Talibus illa minis, sibi convenientibus, usa est,  
 Foemineas ergo Leander ubi audiit iras,  
 Protinus agnovit persuasae signa puellae.  
 130 Ardenti juveni cum foemina nanque minatur,  
 Nempe minis etiam verum testatur amorem.  
 Dans igitur niveo fragrantique oscula collo,  
 Talibus orabat, misero correptus amore.  
 Post Venerem Venus alma mihi, post Pallada Pallas;  
 135 Non te ullis etenim statuo mortalibus aequam,  
 Fas mihi quam magni Jovis est componere natis:  
 Felices ambo qui te genuere parentes:  
 Quique tulit felix uterus nimis. accipe tantum

Quae

ae precor, indigni magnum miserata furorem.  
 pridis antistes Cypriae quoque munera cura, 140  
 eta colens ortus, & sacra jugalia divae.  
 m castam Veneris non convenit esse ministram,  
 ginibus nequenim capitur. quin orgia vero  
 gna deae, & placidae leges, si nosse laboras,  
 nt tediae & thalami, tu, si tibi Cypria cordi, 145  
 ulcia jura libens blandi complectere amoris:  
 eque tibi famulum vel si placet adde maritum:  
 nem telis tibi fixit Amor, statuitque prehensum,  
 erculem ut indomitum virga Cyllenius aurea  
 uxit Jardaniae quondam fervire puellae. 150  
 e Venus ipsa tibi, non callidus attulit Hermes.  
 on te fama, reor, fugit Arcadicae Atalantae:  
 nae cum Milaniona diu fugisset amantem,  
 rginitate ferox, tandem, incita Cypridis ira,  
 nem prius aspernata, sub alto pectore fixit. 155  
 ec tu cara, deae ne te petat ira, repugnes.  
 is dictis accensum animum commovit: &, ante  
 ulta recusanti, blandum persuasit amorem.  
 e virgo in terras oculos defixa tacebat:  
 ondebatque genas roseo perfusa pudore: 160  
 e summam stringebat humum vestigia subter:  
 ircum humerosque frequens niveum adducebat a-  
 mictum:  
 edentis manifesta animi dans signa: tacendo  
 uippe ineunt victae thalami promissa puellae.  
 mque & amariciem blandi gustarat amoris: 165  
 ulcibus atque animum fervebat ab ignibus Hero:  
 aerebatque amens forma stupefacta Leandri.

- Ergo dum terris oculos defixa moratur,  
Dum neque Leander flagrante Cupidine vultu  
170 Destitit in tenera fixus cervice puellae.  
Cum tandem blanda compellat voce Leandrum,  
Purpurea madidum stillans a fronte pudorem.  
Permoveas hospes vel saxa rigentia dictis.  
Ecquis fallendi varias tibi tradidit arteis?  
175 Eheu, quis patrias mihi te perduxit in oras?  
Haec frustra tibi dicta tamen. nam quo mihi pacto,  
Ignotusque vagusque hospes, jungaris amore?  
Cum neque permittat mihi mens aversa parentum  
Connubium celebrare palam: nec, si tibi forsan  
180 Inducas animum patria confidere nostra,  
Furta queant Veneris recte celata teneri.  
Quippe hominum pravique tenax, & garrula lingua:  
In triviisque aliquis, tacite quae gesserit, audit.  
Sed ne mî nomenque tuum, patriamque taceto.  
185 Quippe meum calles, Hero quae nomine dicor.  
At coelo domus aequa mihi, circumsona turris:  
Quam, pelagi ad ripas, patriae prae moenibus urbis,  
Infelix habitans, custos atque unica mecum,  
Proxima sum ponto, durorum ob jussa parentum.  
190 At procul aequales absunt, juvenumque canoros  
Ad numeros choreae: tantum, nocteisque diesque,  
Ventosi tristis pelagi fremit auribus horror.  
Sic effata, genas roseas contexit amictu,  
Victa pudore iterum: atque suo se prodidit ore.  
195 Ille autem, stimulis acrique cupidine victus,  
Volvebat quo bella modo certaret amoris.  
Corda viri nam cautus amor domat icta sagittis:  
Rursus

rfus & ipse viri vulnus medicatur: & idem  
 nsiliique autor pariter dominusque suorum est.  
 go nec cupido tunc defuit ille Leandro. 200  
 i tandem haec meditata gemens verba edidit ore.  
 propter truculenta vehar trans aequora virgo,  
 rvida stent flammis licet, atque impervia nautis.  
 on freta vasta tuo vereor fruiturus amore,  
 urmurane & fremitus resonantis triste profundi: 205  
 uin semper tibi nocte madens advectus amator  
 elles tranabo rapidum mare. non procul urbe  
 anque tua tenet oppositae me littus Abydi.  
 antum nocte aliquod turri mihi lumen ab alta  
 dversum exhibeas: quo tutior improba labar 210  
 equora, navis amoris, habens pro fidere lumen.  
 tque hoc aspiciens, non feri signa Bootae,  
 on saevum Oriona, intactumque aequore Currum,  
 oppositae possim patriae contingere portus.  
 ed bene ventorum furias defende sonantum: 215  
 lucifero ne forte meae ductore salutis  
 extincto, pariter vitam cum lumine perdam.  
 at nomen tibi siqua meum novisse voluptas:  
 Leander vocitor, tuus Hero candida conjunx.  
 Sic tacitae Veneris leges iniere, modumque: 220  
 Nocturnosque toros, & connubialia signa  
 luminis instituere, fidem servare parati:  
 Haec praeferre facem, hic longum superare profun-  
 dum.  
 Gaudia dein noctis pacti vigileisque hymenaeos,  
 nvti a sese demum abscessere coacti. 225  
 lla suam turrim repetens: at providus ille

Signa

Signa notans turris, ne se nox falleret atra;  
 Ingentem ad populum cellae trajecit Abydi.

At, focia optantes longae certamina noctis,

230 Saepe decus thalami tenebras properare petebant.

Jam nox ingruerat rebus caligine caeca:

Suadebatque viris, cupido sed non tibi, somnum,

Leander: qui, fluctifoni per littera ponti,

Dum data lucerent hymeneia signa, manebas:

235 Luminis indicium exspectans, miserabile quondam,

Pignoraque occulti procul affulgentia lecti.

At simul obscuram nox caerulea fuderat umbram,

Extulit illa facem. quae postquam accensa reluxit,

Protinus ussit amor properantis corda Leandri:

240 Ardenti simul exarsit face. sed maris alti

Insanum accipiens fremitum fluctusque sonanteis,

Extimuit primum: posito mox deinde pudore,

Talibus ipse animos addit sibi vocibus ultro.

Saevus amor: pontusque immitis. at aequoris alti

245 Est aqua: me vero penitus amor ignibus urit.

Arripe cor igneis, nec aquas horresce patenteis:

Mique ades ardenti. quid enim maria horrida curas?

An nescis Venerem, spumanti ex aequore natam,

Et pontum imperio & nostros cohibere dolores?

250 Sic fatus, pulchros artus nudavit amictu

Ambabus manibus: capiti simul implicat aptans.

Littoreque exsiliit, corpusque iniecit in undas.

Adversum properans fulgentia lumina semper,

Ipsæ sibi pariter remex, pariter quoque naxis.

255 Ast Hero, summa lumen quae turre tenebat,

Officeret tristi nequando flamine ventus,

Saepe

pe facem opposito defendit tegmine : dum se  
 ander Sesta fessum statione locasset.  
 cepit quem turre sua. sed limine in ipso  
 conjugem anhelanten tacitis complexa lacertis, 260  
 plantem madidos etiam maris imbre capillos,  
 ginei statuit thalami in penetralibus imis.  
 totum abstergens corpus, perduxit olivo  
 ranti, roseo : pontique extinxit odorem.  
 in, cum sublimi jam composuisset anhelum 265  
 cumfusa toro, verbis ita fatur amicis.  
 onse afflicte malis, sponsus quae non tulit al-  
 ter :  
 onse afflicte malis : fileant nunc unda, salum-  
 que,  
 ceus & fetor resonantis triste profundi.  
 c gremio jam sponse tuos compone laboreis. 270  
 Sic illa : at propere Zonam simul ille resolvit :  
 placidae Veneris coierunt legibus ambo.  
 uptiae erant : sed quae choreis cantuque care-  
 rent.  
 n vates Juno te pronuba voce citavit.  
 n tedae accensae thalamo luxere jugali. 275  
 n agili quisquam chorea circumtulit artus.  
 n pater & veneranda parens cecinere hymenaeum.  
 stratum taciturna torum genialibus horis  
 a quies statuit : sponsam compere tenebrae.  
 go nuptiae erant nullis celebres hymenaeis, 280  
 Etis adornarant quas tempora : matutino  
 prendit sponsum nequenim ulla aurora cubili :  
 rsus ad oppositae populos sed nabat Abydi,



Nocturnos spirans nondum exsaturatus amoreis.

285 Ast Hero in longa fallebat veste parentes,  
Luce palam virgo, mulier nocturna : frequentes  
Optabantque ambo tardum cito cedere solem.

Sic illi, tacito dum clam potiuntur amore,  
Inter se Veneris jungebant gaudia furtim.

290 Sed breve vixerunt tempus : laetique hymenacis  
Multivagis simul haud longum potuere potiri.  
Quippe aderant concreta gelu mox tempora bru-  
mae,

Horribileis excire mari consueta procellas :  
Cum fundo tenus instabilis vada concita ponti

295 Hibernae eruerent imis è sedibus aerae,  
Turbine verrentes rapido mare : jamque carinas  
Condiderat passim tranquillo navita portu,  
Infido metuens sese committere ponto.

At non hiberni tenuit fortissime terror

300 Te Leandre maris : turri sed rursus ab alta  
Indicio solitis lumen fulgens hymenacis,  
Suadebat rabiem saevi contemnere ponti.  
Heu lumen crudele. hiemis nam tempore saltem  
Debueras Hero infelix caruisse Leandro,

305 Nec stellam indicio deinceps accendere lecti.

Vicit Amor, fatumque tamen : parensque furo-  
ri,

Parcarum exhibuit, nequenim jam lumen amo-  
rum.

Nox erat, infesto validi cum turbine venti,  
Flatibus hibernis immania bella moventes,

310 Certatim maris incumbunt ad littora densi.

Tunc

nc quoque Leánder solitae spe brachia nuptae  
abat: tali pelago ad connubia tendens.

que undam premere unda, & aquae concrefcere  
moles:

here confundi pontus: tremere excita tellus

torum pugnis: zephyro nanque obstitit Eu- 315  
rus,

rebatque minis Boream crudelibus Auster:

gravis ingenti gemitu procul unda sonabat.

vero miser implacidis, Leander, in undis

e quidem Venerem prece postulat aequore na-  
tam,

tunumque patrem pelagi cui credita regna: 320

idis & Boream nympphae meminisse jubebat.

dare nullus opem: nec amor mala fata morari.

ique ut ingruerat tandem maris impete victus,

batur aquis: pedibus vigor ille recessit:

uasque manus defecit mobile robur: 325

& sponte frequens irrupit gutture pontus,

vem cumulans potum non utilis undae.

e infida nocens extinxit lumina ventus:

drique animam, & miserandum extinxit amo-  
rem.

a moranti oculis semper vigilantibus instans, 330

itas animo volvebat faucia curas.

ue Aurora aderat: sponsum nec viderat Hero.

oculos per terga maris circumtulit ampla,

tem siqua spectaret forte maritum,

cta face: quem turri conspexit ut ima. 335

li exanimem, jactatum fluctibus atris,

76 MUSAEUS INTERPR. ANDR. PARIO.

Continuo pictam rumpens a pectore vestem,  
Praecipitem sese turris de vertice jecit.

340 Sic Hero exanimi super est extincta marito:  
Seque illi summa quoque sunt in morte potiti.



## MUSAEI POEMATIIUM,

DE AMORE ET MORTE

## LEANDRI ET HERÛS.

a

*Q. Septimio* FLORENTE CHRISTIANO  
versibus e Graeco expressum.

insequere, Diva, facem, furtivos testis amores  
Quae vidit, simul undivagi nocturnum Hyme-  
naei

que natatorem, & connubia furva perenni  
rifa Aurorae, Sestonque & Abydon, ubi Herûs  
stinatus Hymen noctu est; audire Leandrum 5  
a videor, Venerisque, ipsam, quae nuntia, te-  
dam,

rûs noctivagae quae praevia pronuba, Amoris  
ande decus tedam, quam post certamina noctis  
erere astrorum numero cata debuit alti  
ra Jovis, mox dicere & indigitare jugale 10

us amorum: adjuvit enim sine more labores  
ra Cupidineos, atque insomnes Hymenaeos:  
ntia servavit vigilans, infesta priusquam  
venti ingrueret: sed nunc mihi concine mortem  
ndri, exitiumque extinctae triste lucernae. 15

Adversa opposita duo sunt, pontoque propinqua  
pida Sestus, Abydus: Amor cum tenderet arcum,  
nc forte una urbem percussit utramque sagitta,  
ginis & juvenis quo pectora torruit ictu:

K 3

No-

- 20 Nomen erat juvenis Leander, virginis Hero;  
 Haec urbem Sestum, contra ille tenebat Abydum;  
 Ambo utriusque urbis pulcherrima sidera quondam,  
 Consimilesque sibi: Qua, si unquam sit tibi cursus,  
 Parte, super turri rogites qua Sestias Hero
- 25 Lychnum stabat habens, & dux erat alta Leandro:  
 Tum freta pontifona antiquae sciteris Abydi  
 Suspirantis adhuc & amorem, & fata Leandri:  
 Verum quî potuit civis Leander Abydi,  
 Et capi amore Herûs, & amore ligare cupitam?
- 30 Pulchra Hero claro genere orta, Jovisque propa-  
 ges,  
 Sacra fuit Veneri Cythereae antistita virgo,  
 Indocilisque tori, Cypris digna ipsa videri.  
 Nunquam foemineis ( pudor is fuit ) ausa catervis  
 Misceri, aut choreas aquae evae pubis adire,
- 35 Aemula foeminei fugiens contagia sexûs,  
 Qui semper formae praelato invidit honori:  
 Verum perpetua Veneris prece numen amicans,  
 Saepe sacris sub muneribus placabat Amorem,  
 Coelesti cum matre, timens flammata pharetræ
- 40 Vulnera: sed nec sic potuit fugere ignea tela.  
 Jamque dies aderat, qui Sesto festus in urbe,  
 Publicus, huc Venerique, & Adonidi solvere vota  
 Omnis conferto plebs agmine concurrebant;  
 Huc vicina suos omnis tulit insula cives:
- 45 Aemoniae hinc, hinc aquoreae ruit incola Cypri:  
 Nulla Cythereas tenuit tunc foemina sedes,  
 Nullus odorati Libani saltabat in antris,  
 Nullus tam celebri tunc defuit accola luce;

Huc

c Phrygiae, huc venit vicinae habitator Abydi,  
que puellari juvenes ardore tenentur. 50

que illis solitum celebrare frequentibus urbes,  
cere quas fama est festae solemnia lucis,  
n tam sacrorum, quam formae propter amorem

gineae. Tunc ergo Deae delubra petebat  
go Hero, faciem splendore corusca venusto, 55

strua nascenti qualis Luna albicat ore;

summos nivearum orbis rubicunda genarum

ities potat; ut bicolor rosa primitus exit

latho: credas pratum fulgere rosarum

hra per ora Herûs; etenim rubor undique ma- 60

las

ibat, subterque pedes, dum incedit, amictu

lidulo fulsere rosae; quin gratia membris

ra inerat: Charitas tantum tres esse Vetustas

ait, unus ocellus enim si riserat Herûs,

cebant centum Charites: haec Cypride digna 65

inica, exsuperansque omnes forma illice Nym-

phas

Venus meruit, Veneri sacrata Camilla:

facile juvenum subiit praecordia, nec vir

erat qui conjugium non posceret Herûs;

quoties, & qua templum sublimis peregrans 70

t, trahit in se animos oculosque virorum,

aliquis juvenum miratus talibus inquit,

Spartam ascendi, & vidi Lacedaemonis arces;

um ubi certamen formarum audimus haberi;

n sic tenero & molli veneranda decore 75

ihi: ac forsan Charitum Venus hîc habet unam:

Lu-

Lumina lassâ mihi, sed non satiata videndo;  
 Lecti Herûs initum haud dubitem vel morte pacisci:  
 Nec deus esse velim, nec coeli gaudia curem,  
 80 Aedibus in nostris potiar si conjuge tali.  
 Sin mihi fas non est sacram adfectasse Camillam,  
 Da similem uxorem thalamis, Cytherea, fovere.

Sic aliquis juvenum in vota haec clamabat, idem-  
 que

Vulnus alunt alii venis, furtim illa furentes  
 85 Forma facit: graviora quibus tu, passe Leander,  
 Non tua furtivis pungebas pectora curis;  
 Verum improvise telorum saucius igne  
 Nolebas sine forma Herûs producere vitam:  
 Ex oculorum acie fax augeſcebat amorum,  
 90 Pectus & invictae bullibat ab impete flammæ:  
 Namque inculpatae praestans bona forma puellae,  
 Corda virûm penetrans volucris cadit ocyus arcu:  
 Pandit ocellus iter, cujus de verbere acuto  
 Labitur, atque viri subit in praecordia vulnus;  
 95 Hunc pudor & stupor atque effrons fiducia coepit,  
 Atque tremor; nam cor trepidat, vincique pudebat:  
 Et stupet in forma, sed amoris flamma, pudore  
 Deposito, audacem faciens, insurgere jussit  
 Compositis sensim pedibus, tum virgine coram  
 100 Astitit, obliquansque dolo morabat ocellos,  
 Nutibus impellens tacitis errare puellae  
 Mentem oculosque Herûs: quae postquam sensit amo-  
 rem

Leandrique dolos, gavisa est conscia formae;  
 Saepe etiam tacitum vultum demissa fefellit,

Nuti-

tibus occultis dans nuntia signa Leandro, 105  
 ue iterum avertens : juvenis tum gaudia pectus  
 tentant, quod se virgo intellexit amari,  
 renuuit : Dumque occultam sibi postulat horam  
 nder, Sol contracta jam luce latebat  
 asus, vesperque aderat cum grandibus umbris : 110  
 pede audenti confestim accedit ad illam,  
 vidit pulla conceptas veste tenebras,  
 ue manum roseam compressit leniter Herûs,  
 um quantum ingemuit : voci illa pepercit  
 m simulans, pulchramque averſa retraxit 115  
 manum ; sed ubi nutus, animique remissi  
 ia accepit Leander, veste petitam  
 urea audacter deduxit in ultima templi.  
 sequebatur pedibus cunctantibus Hero,  
 nti similis, vocesque has ore refudit, 120  
 ineum minitans in morem & verba Leandro,  
 is furor ô hospes ? quid me rapis, ô scelerate  
 nem ? abi actutum, & mea vestimenta relin-  
 ue ;  
 meorum iram locupletum accerſe parentum :  
 ibi fas Veneris sacram adfectare ministram, 125  
 via est qua tu possis contingere lectum  
 is : Haec sic virginibus consueta minata est ;  
 nas simul ac, muliebresque audiit iras,  
 it victae signa haud obscura puellae :  
 na nam cupidis quoties succenset ephebis, 130  
 tunt irae Veneris commercia tales.  
 bi odorato Nymphae tulit oscula collo,  
 r magno mentem percussus amore,

L

Altera



Altera post Venerem Venus, & post Pallàda Pal-  
las,

- 135 O quam te memorem! neque enim muliebribus istis  
Te similem formis fas dicere! sed Jove natis.  
O fortunatos tam pulchra prole parentes!  
O felicem uterum qui te tulit! En age nostris  
Te facilem praebens precibus miserere furentis  
140 Igne tuo, Venerisque sacerdos Cypridis acta  
Exsequere, & divae cole connubialia jura.  
Non decet innuptas Veneri servire puellas:  
Sed nec virginibus signatis Cypria gaudet.  
Quaeris quae leges, quae sint mysteria Divae?  
145 Conjugium & thalami: Quod si tibi Cypris amatur,  
Flexanimorum age ama mellitum foedus amorum;  
Supplicis hoc, si vis, vel conjugis accipe votum,  
Quem tibi caepit Amor telis venatus acutis,  
Ut fortem Alcidem, virgam qui commovet auream  
150 Mercurius pernix, nymphae servire coëgit  
Jardaniae: at tibi me misit Cytherea, nec Hermes.  
Virginis Arcadiae puto te meminisse Atalantae,  
Virginitatis amans quae Milanionis amantis  
Effugit studia, irata post Cypride mutans,  
155 Spretum ante, ardebat tota deperdita mente:  
Da te ergo facilem, ne accendas Cypridis iram.  
Sic ait; ac mens est renuentis flexa puellae,  
Corque deerravit blando sermone loquentis.  
At virgo ipsa oculos figens tellure filebat,  
160 Clam suffusa genas instante pudore rubentes:  
Ac summam pedibus terram radebat, & ora  
Sacpe verecunda atque humeros velabat amictu:

Hacc

e persuasi animi sunt argumenta, silensque  
 ram thalami solet omnis virgo pacisci.  
 is amaritiem jam corde bibebat amoris 165  
 o Hero, flamma penitas arente medullas,  
 bus ereptis ad amabilis ora Leandri.  
 hîc, donec operta esset caligine tellus,  
 o errantes oculos Leander amore  
 habuit fessos spectando virginis ora; 170  
 tandem dulci sermone affata Leandrum est,  
 tens molli pudibundum ex ore ruborem,  
 i dictis, hospes, posses vel saxa movere;  
 is te docuit fallentia verba rotare?  
 quis te nostras externum duxit in oras? 175  
 nen incassum fudisti haec vinnula verba:  
 quî mecum ineas foedus peregrinus, & erro  
 is? sancte atque palam connubia nobis  
 celebrare nefas; nostri hoc vetuere parentes.  
 si forte meam patriam cupis, hospes, habere, 180  
 er furtivi retegantur gaudia lecti;  
 que hominum vulgo lingua est mala, quodque  
 atenter  
 is, in triviis communis fabula fiet.  
 ec te pigeat patriam cum nomine vestram  
 e; nam nostrum notum tibi; nominor Hero: 185  
 mihi domus est, quae personat undique, turris;  
 abitans una tantum famulante ministra,  
 urbem Sestum super altae margine ripae,  
 er sum pelagus; sic me statuere parentes:  
 rope sunt puerae aequales, juvenumque cho- 190  
 cae

Longe absunt : verum semper noctuque , diuque  
Ventosi pelagi sonus auribus infremit asper.

Sic fata , occuluit roseam sub tegmine malam :  
Erubuitque iterum , & puduit sic esse locutam :

195 Cuspide sed punctus Leander Amoris amara,  
Certamen quo pacto ineat meditatur amantum.  
Namque virum telis domitans Amor improbus, ul-  
cus

Saepe viri medicat ; tum quis semel imperat , ipse  
Cuncta regens , consultor erit mortalibus aegris :

200 Ille Leandro etiam voluit succurrere amanti,  
Hinc animo aeger amans sic callida dicta reponit,

Te propter saevas , ô virgo , enare per undas  
Non dubitem , vel si plenum ignibus aestuet aequor,  
Nec freta pervia sint ; tua si mihi certa voluntas,

205 Haud hiemem horrifoni metuam maris , ire paratus  
In thalamum , formosa , tuum , semperque silente  
Nocte ferar , pontique Helles freta lata natator  
Trajiciam sponsus ; procul haud mea distat Abydus  
Urbe tua : excelsa tantum de turre lucernam

210 Ulteriore mihi ex ripa , in caligine pande :  
Sic mihi fidus erit tua fax , ego navis Amoris ;  
Intuitusque illam , non mersum sera Bootem ,  
Non siccum Plaustri tractum , nec Oriona faevum ,  
Dulce queam adversum patriae contingere littus.

215 Tu grave spirantes ventos , mea cura , caveto ,  
Ne faculam extinguant , animamque in luce relin-  
quam

Illicet extincta : Nam lux dux nostra , salusque est.  
Quod si tantus amor nostrum cognoscere nomen ,

For-

mosae sponfus Leander nominor Herûs.  
 Conjugium clandestino sic foedere pactum est; 220  
 bo inter sese sic convenere, fidesque  
 ro accepta data est, ut testis sola lucerna  
 ntia sit thalami, & noctis firmentur amores.  
 c lumen praeferre, hic se committere ponto  
 nifit: mox perfectis insomnibus horis 225  
 vigilis sacri, tum invitus uterque faceffit;  
 c turrin repetens, ille atra in nocte recedens,  
 nisso turris signo, ne forsan aberret,  
 ene fundatae populos enavit Abydi.  
 a nocte ambo furtivae murmura rixae 230  
 abant, creperasque addit quas Hesperus umbras,  
 ctus thalamis. Jam nigra in veste reversae  
 gebant tenebrae, mortalia pectora somno  
 nantes, non Leandrum, qui littore ponti  
 ructi thalami expectat prodentia signa, 235  
 uramque facem lacrymas vestigat ocellis,  
 ivi quae nuntia erat longinqua cubilis.  
 vidit tectum prima caligine caelum,  
 hnum Hero ostendit, mox postquam accensa lu-  
 cerna est,  
 tem accendit Amor properantis multa Leandri: 240  
 que ardente ardet juvenis face, cumque sonantes  
 ni audiret fluctus maris, intremat ipse  
 no aditu; sed post animis fiducia venit:  
 bus alloquiis se tandem hortatur, & inquit,  
 evus amor certe est, pelagusque immite, sed 245  
 undas  
 ora habent tantum, urit me intîmus ignis Amoris,

Accipe cor flammās, neque sit metus ullus aquarum :  
Huc mihi ades praesens in amore; quid aequor &  
undas

Horrescis? nescis Venerem maris esse propagem?  
250 Et domina est ponti, & nostros regit aequa labores:

Haec ubi dixit, utraque manu sustollit amictum,  
Exiit & membris, nuda in cervice renodat,  
Littoreque exsiluit, corpusque emisit in altum,  
Semper in adversam properans transire lucernam,  
255 Ipse suus remex, vector suus, & sua cymba.

At turri ex alta sublimis lucifer Hero,  
Qua spirans tristes ventus diffuderat auras,  
Saepe mori vetuit praetenta veste lucernam,  
Donec multa mari passus Leander, in actam  
260 Sestiada evasit, turrimque inductus ab illa est;  
Quae virum anhelantem complexa in limine primo  
Spumicomas pelagi stillantem è corpore guttas  
Virginei cupidum thalami in penetralia duxit,  
Deterisitque cutem, roseoque perunxit olivo

265 Corpus odorifero, pontique abolevit odorem.  
Quin & adhuc respirantem amplexata maritum  
Mollibus in stratis haec mollia verba locuta est,  
Sponse, graves quos nemo alius tulit ante, labores

Anclasti: mi sponse, sali spumantis abunde est  
270 Jam tibi, cetosique, dedit quem pontus, odoris:  
Huc age sis, & sudorem depone laboris  
In nostros, optate, sinus. Zonam ille subinde  
Solvit, & in venerem veniunt communiter ambo.  
Non habuit choreas iste Hymen, nec torus hymnos,  
Con-

conjugium cantor neque sacrum voce probavit; 275  
 c fulsere faces ad connubiale cubile,  
 choreas agilis quisquam salisubfusus egit;  
 nec Hymen Hymenaeae boni cecinere parentes:  
 fixo thalamo stravere silentia lectum,  
 fica cum expeterent tunc tempora, feraque mun- 280  
 dum

ra dedit, nullo sonuere Hymeneia cantu  
 dia; sola illis nox pronuba: nulla Leandrum  
 ectis Aurora virum conspexit apertis.  
 do etenim adversam contra repetebat Abydon;  
 tis adhuc spirans; sed non satiatus amore: 285  
 vero ipsa suis clam pulchra parentibus Hero  
 tu nupta, die virgo apparebat: uterque  
 e vovebat uti occasum lux alma videret.  
 c suffurantes fatalis tempus amoris  
 ua carpebant celati gaudia lecti. 290

am ambo exiguo vixerunt tempore laeti,  
 potuere diu instabili gaudere hymenaeo:  
 simul ac hiemis pelago vis atra rigentis  
 buit, dein horrentes sonuere procellae,  
 abilita alte mollis fundamina ponti, 295  
 erno flantes quassarunt fidere venti,  
 pine verrentes latum mare, navita saevum,  
 tutum fugiens pelagus, tellure repulsam  
 mina piceam jam fregerat aequore navim.  
 on ô patiens animi, generose Leandre, 300  
 etus hiberni maris arcuit: illa lucerna  
 rri, & solitae monitrix praenuntia flammæ  
 ut insanos velles contemnere fluctus,

- Crudelis, neque fida: ô si miseranda puella;  
 305 Dum saevibat hiems, sine conjuge sola Leandro;  
 Mansisset, thalami metuens accendere fidus!  
 Sed superans Amor, & fati vis dura coëgit:  
 Victa facem mortis, neque jam monstrabat amoris:  
 Nox erat (& gravius spirant hoc tempore venti,  
 310 Flatibus hibernis ferientes littora venti  
 Confertim incumbunt pelago) cum sponte Leander  
 Spe solitae sponsae, se triste frementibus undis  
 Commisit; jamque unda super devolvitur undam,  
 Turbatur pelago, miscetur & aethere pontus,  
 315 Undique fit sonitus, dum venti praelia miscent,  
 Eurus flat contra Zephyrum, Boreaeque minatur  
 Multa Notus, magno pelagi ruit unda fragore.  
 Interea infelix juvenis crudelibus actus  
 Vorticibus, supplex Cytheream saepe vocabat,  
 320 Saepe & Neptunum, imperio freta lata tenentem;  
 Nec Boream Nymphae immemorem finit Atthidos:  
 atqui  
 Nullum illi auxilium, neque fata amor acer abegit.  
 Undique surgentis tandem infausto impete fluctus  
 Illisus fertur, genuum vis fracta labascit,  
 325 Mobilium manuum virtus immota jacensque est;  
 Intrat & in fauces sponte ingens fluxus aquarum.  
 Sic tristes bibit ille sali insuperabilis undas:  
 Quin fax infida extincta est stridore procellae  
 Illa salus & amor, lacrymandi & vita Leandri:  
 330 Dumque teneret adhuc iter hic, vigilantibus usque  
 Fluctuat illa oculis, plangentibus incita curis.  
 Jamque erat orta dies, neque sponsum respicit Hero,  
 Lumi-

naque intendens in lati tergora ponti,  
